

44 possit ad hoc d. c. Ordinarii de Off. Ord. lib. 6. quod loquitur indulgenti secundum eum.

33 Hodie est impeditum, quia Concilium Tridentinum innovando textum in d. c. Ordinarii, statuit ut Ordinarii locorum quoscunque plura curata aut aliis incompatibilia beneficia Ecclesiastica obtinentes dispensationes suas exhibere districte compellant, & Sacra Congregatio consulta, an temporis longinquitas obstat, ut obtinentes beneficia incompatibilia non possint compelli ab Episcopo ad dispensationem exhibendam eorumque titulos ostendendos, respondit non obflare, nisi beneficia ad jurisdictionem Episcopi non spectarent, ut si essent membra Sancti Antonii Viennensis seu aliorum.

34 De exhibitione dimissioarium demum sentiendum eodem maxime, quia exercentes curam animarum in Ecclesia Sancti Jacobi approbandi sunt ab Archiepiscopo Tranen. & Diocesani ipsi servientes dimissioarias ab alio quam ab Archiepiscopo Tranen. recipere non possunt, juxta declarationem Sacre Congregationis. Cum ergo hinc status Clericorum colligatur, an scilicet aliter promoti sint suspensi vel irregulares & an idonei sint ad

curam exercendam, subterfugere non possunt quin tales dimissioarias ostendant, idque pertinet ne dum ad Diocesanos, sed etiam ad extraneos quatenus intersive intendant in dicta Ecclesia, ut doceant se rite ordinatos vel dimissos a propriis Prelatis, ad hoc c. Cum nullus de temp. Ord. lib. 6. & c. 8. ff. 23.

Procurator Archiepiscopi Sipontini iteratis vicibus citatus nihil huc usque ad fundandas querelas sui principalis deduxit, quare videtur vel cause cedere vel iudicium eludere & neutro casu amplius expectandus, sed litere Sacre Congregationis arguendus quod Clericos Sancti Jacobi animosus & contumaces reddat ad contradicendum Ordinationibus & Decretis Archiepiscopi Traden. in visitatione legitime instituta & principaliter quoad hoc duo capita exhibitionis titulorum & dimissioarium. In reliquis si se gravatum indebit sentierit ad Sacram Congregationem recurrat, interim Decreta Archiepiscopi Tranen. autoritate Sacre Congregationis emanata exequatur, alioquin noverit penas comminatas & suspensas legitime executurum, & ita etc.



# DE SIMONIA

Idem Innocentius III.

## CAPUT XXXII.

**P**er tuas nobis litteras intimasti, te dubitare super quadam Epistola Decretali, quam nos asseris edidisse, de testibus admittendis contra simoniacam pravitatem. Noveris igitur, quod nos illam Epistolam, quæ sic incipit. quamvis ad abolendam, nequam quam edidimus; sed aliam quæ sic incipit, licet Heli, nos edidisse fatemur, ad cujus intelligentiam credimus distinguendum, utrum is, contra quem agitur de simoniaca pravitare, denunciaret simpliciter, aut criminaliter accusetur; & utrum agatur secundum juris rigorem, an secundum temperantiam æquitatis. Item utrum ipse sit regularis, qui jam renunciaverit mundo, an secularis, qui adhuc in mundo existit; & an inferioris gradus, an excellentioris sit dignitatis. Ad hæc utrum ante fuisset claræ opinionis & bonæ famæ, an graviter infamatus & valde suspectus; & utrum de facili possit puniri, ac sine scandalo neque ad condemnari. Præterea utrum testes sint honesti, an criminosi; & an sint emendati de crimine, an adhuc in crimine perseverent. Rursus si crimina sint eadem, vel minima, an paria, vel majora; utrumve testes ex zelo iustitiæ, an ex malignitatis fomite deposuisse credantur. Denique utrum ad pravitatem simoniacam detegendam sola dicta testium inducantur, an alia etiam admicula suffragentur. Hæc omnia sunt ad intelligentiam illius Epistolæ distinguenda. Ille quidem Poppoianus Abbas, qui jam pridem renunciavit mundo, erat de simonia, perjurio, dilapidatione, ac insufficientia graviter infamatus. Cumque per Monachos, qui juraverant perhibere testimonium veritati, simonia multis modis videretur esse probata, ipse contra testes multas exceptiones opposuit, conspirationes videlicet, inimicitias capitales, furtum & adulterium, ut eos à testimonio removeret. Nos verò (ne innocentia puritas confusa succumberet, vel simoniæ pravitatis effugeret impunita) illas duntaxat exceptiones probandas admisimus, quibus fortè probatis, testes non zelo iustitiæ, sed malignitatis fomite præcessisse constaret: ut conspirationes & inimicitias capitales, cæteras autem exceptiones, ut furti & adulterii propter immanitatem hæresis simoniacæ (ad cujus comparisonem cætera crimina quasi pro nihilo reputantur) duximus repellendas, quoniam & si probatæ fidem testium debilitarent in aliquo, non tamen evacuant ex toto, aliis admiculis suffragantibus, præsertim cum testes de crimine fuerint emendati. Tales igitur contra talem taliter duximus admittendos: non secundum rigorem juris, sed secundum temperantiam æquitatis; cum ageretur non criminaliter, ut deponeretur ab ordine, sed civiliter, ut ab administratione amoveretur, tanquam immeritus & damnosus. Et utique tales Prælati ex levioribus causis

possunt

De Simonia, c. Licet Heli. 48  
possunt ab administrationibus amoveri, sicut quorundam Religiosorum approbata consuetudo deposcit. Unde prædictus Abbas non expectata sententia, quasi male conficiis sibi cessit.

## SUMMARIUM.

- 1 **C**redimus verbum à Legislatore prolatum inducit juris dispositionem.
- 2 Idem de verbo videtur.
- 3 Testes criminosi, concurrentibus qualitatibus hic præscriptis, admittuntur in criminibus exceptis, non tamen ut faciant plenam fidem, nisi conjunctis aliis admiculis.
- 4 Simonia dicitur hæresis ad ejus comparisonem cætera crimina quasi pro nihilo reputantur.
- 5 Inimicitia in criminibus excepta, nisi sint capitales non repellunt testes, sed fidem minuunt.
- 6 Ordo juris in casu Regularium non solum in parte remittitur, sed etiam fit aliqualis remissio iustitiæ.
- 7 Prælati regulares si sit captus à Turcis vel Saracenis, an alius in ejus locum eligi possit, an ex captivitate reversus in pristinum statum sit reponendus, late discutitur ut n. seqq. usque in fin.
- 8 Prælati regulares qui à Capitulo elignantur & à Superiore confirmantur, removeri non possunt nisi ex justa causa & juris ordine servato & n. 44. & 45.
- 9 Non tamen in Regularibus requiritur causa tam gravis sicut in secularibus.
- 10 Priores minores & Officiales regulares removeri possunt pro libito Abbatis sine ulla causa & n. 42.
- 11 Beneficia regularia sunt manualia, nisi sint electiva.
- 12 Prælati ab hostibus capti non est ipso jure privati sua dignitate, nec privantur per sententiam & n. seqq.
- 13 Episcopo à paganis vel schismaticis capto non instituitur alius in locum ipsius, sed Capitulum administrat ad tempus & n. 21. & 33.
- 14 Ecclesia per captivitatem Prælati non vacat vere, sed sicut per interlatum.
- 15 Dicitur ac si fictionem importat.
- 16 Captivitas est mors civilis que non æquiparatur naturali, nisi in casibus in jure expressis.
- 17 Capti in bello servi captivitatem efficiuntur si bellum sit iustum & n. 38.  
Hoc tamen non obtinet in Episcopis captis à Turcis vel Saracenis, n. 19.
- 18 Servitus est mors civilis que morti naturali assimilatur.
- 19 Episcopus à paganis vel schismaticis bello captus non efficitur servus captivitatis.
- 21 Vicarii jurisdictionis an expiret Episcopo ab hostibus capto.
- 22 Prælati si efficiantur inhabiles etiam perpetuo non removerentur sed datur ei coadjutor vel administrator.
- 23 Captivorum calunitatis est misereandum & n. 26.
- 24 Prælati regulares non ita pingui jus habent sicut seculares.
- 25 Prælati regulares est removeri possit levioribus ex causis, requiritur tamen delictum & illius probatio.

**P**er tuas, et primo. Hoc caput est glossa capituli precedentis, nam tendit ad declarationem illius, an & quando testes criminosi admittantur in crimine simoniæ. Et in effectu idem dicit quod præcedens Abbas Siculus & est ex mente Joannis Andreæ & sequacium, unde Petrus de Sampson & Abbas antiquus ponebant versus quos dicebant fuisse Rodrici Hispani Episcopi Palentini. Doctrinam tibi talem tradere Papa conatur. Qualiter in qualis per quos que culpa probatur. Adde modum Cæli, sic distinguas licet Heli; & sunt dux partes. In prima consulat. In secunda responsio hic noveris; & hæc subdividitur ut per Joannem Andream.  
Nota primò hic Credimus, verbum credimus à Legislatore prolatum inducere juris dispositionem, ut hic & c. Nuper & c. Per tuas de sent. excom. & in c. Constat, & hic dixi n. 4. de Regular. unde Holt. & Joannes Andreas in c. Cum olim de sent. & re judic. exponunt verbum credimus, id est scimus, ut hic dixi numero 18. & hic notat Mar. Socin. numero 2. & idem de verbo videtur, ut capite de quarta, de præscriptioe & in capite Præterea; & hic dixi n. 2. de homicidio.  
Secundò nota hic distinguendum, plura que in iudicio criminali sunt per iudicem consideranda cum circa modum agendi quam circa personam rei & personas testium & attestaciones & alias præbetiones que omnia profecture, ut hic per Mar. Socin. n. 33.  
Tertiò nota in vers. cumque per Monachos secundum communem intellectum in crimine simoniæ; & per consequens & in aliis criminibus exceptis admitti testes criminosos concurrentibus qualitatibus de quibus in littera, non tamen ut faciant plenam fidem, nisi conjunctis aliis admiculis, ut hic per Fagnan. in V. Lib. Decretal.

- 26 Prælati non debet privari jure suo propter captivitatem.
- 27 Captus ab hostibus & postea reversus recuperat omnia jura possidendi, tam secundum leges seculi quam secundum Canones & n. seqq. & n. 33. & 43.
- 28 Clerico de captivitate redeunti Ecclesia debet restituere quantumcumque tempore detentus fuerit & n. 37.
- 29 Episcopus ab hostibus expulsum in alia Ecclesia institutus, cessante hostilitate restituendus est primæ Ecclesiæ; & qui medio tempore facti substitutus, debet eam dimittere.
- 30 Beneficia sub conditione non dantur nec ad tempus.
- 31 Papa sub conditione & ad certum tempus potest aliquid instituire Prælatum.
- 32 Prælati non potest institui sub conditione à jure reprobatæ, sed bene sub conditione tacita à jure inducitur.
- 34 Marito ex captivitate reverso reddenda est mulier, licet medio tempore bona fide alteri nupsisset, nec habenda est ratio juris Civitatis aliud statuentis.
- 35 Possidendi definitio.
- 36 Possidendi reversus secundum leges datur actio repressoria intra quadriennium, sed secundum Canones recuperant omnia, non obstante quocumque temporis cursu & n. seqq.
- 37 Præscriptio non currit durante captivitate.
- 38 Possidendi jus secundum Canones locum non habet quantum ad hoc, ac Christiani servi efficiuntur captivum, sed bene quantum ad hoc ut reversi omnia recuperent.
- 39 Possidendi caret qui armis vieti turpiter se dediderunt.
- 40 Clerici non debent movere arma corporalia etiam contra hostes, nec propria persona pugnare, sed tamen adesse & hostari.
- 41 Possidendi jus non habet locum in Officiis minoribus regularium, sed bene in Prælatibus electivis, etiam si non sint perpetua, sed ad certum tempus & n. seqq.
- 42 Tutor si sit captus ab hostibus, desinit esse tutor, sed reversus recipit tutelam jure possidendi.
- 43 Possidendi reversus statum recuperat pristinum & munera etiam civilia & cuncta et incolumia servantur.
- 44 Possidendum duo habet capita, alterum fundatur super veritate, alterum super fictione.
- 45 Captus à Piratis vel latronibus etiam secundum leges Civiles liber permanet & retinet omnia jura sua & fictio possidendi non est necessaria.
- 46 Provincialis Carmelitarum à Barbaris captus ac postea liberatus, à Sacra Congregatione Episcoporum & Regularium jubetur in possessione Provincialitatis manentem & ad liberum illius exercitium reintegrari, cessat à alterius Provincialis electione.

Ancharanum in tertio notat. Abbas numero 4. & Mar. Soc. n. 7.  
Quartò nota hic Propter immunitatem hæresis simoniacæ, & simoniam dici hæresim, ad cujus comparisonem cætera crimina quasi pro nihilo reputantur, ut hic in textu & in cap. ult. quæst. 7. in cap. Tanta supra eodem, sed an & quando simonia sit hæresis propria, dixi in c. Cum pridem n. 24. supra de pænit.  
Quintò nota hic Inimicitias capitales, non qualibet inimicitias repellere testes à testimonio ferendo in crimine simoniæ & consequenter in aliis criminibus exceptis, sed capitales duntaxat, nam alie inimicitie non repellunt, arg. l. Licet ff. de arbitrat. §. Inimicitia, instit. de excusat. tut. & hic notat glossa in verbo Inimicitias capitales, Joannes Andreas n. 9. Putr. n. 3. Anchar. n. 4. Mar. Soc. n. 10. & alii communiter, Hippol. de Marfil. in l. 1. §. Præterea per illum textum in prin. & n. 11. ff. de quæst. & ita omnes tenere attestat Joannes de Anan. in c. Cum oportet n. 6. & hic etiam Felin. n. 8. supra de accusat. & ita Jul. Clar. in præf. §. In quæst. 24. vers. Item quæro; & novissimè Prosper. Farinac. quæstione 53. de opposit. contra personas testium, n. 32.  
Ultimò nota ex ultimis verbis textus. Contra regulares Prælatos non solum remittit in parte ordinem juris, sed etiam fieri aliqualem iustitiæ remissionem, quia ex levioribus causis removeritur, ut in textu, & not. Abbas n. 4. in fin. & Marian. Socin. na. 13. ad idem textum in cap. Qualiter & quando, il secundo, §. Hanc tamen ordinem, supra de accusationibus, & in cap. Cum speciali, §. Caterum, de appellat.

M



Puniam iustitia est, ut eidem reversis propria reformantur. Id est restituatur per actionem rescissoria, qua reversis ab hostibus datur pro bonis suis retrahendis secundum Turrecrem. in ver. Reformantur

34 Probatum quibus arguendo a Matrimonio carnali ad spirituale, quod argumentum est validum in iure, ut cap. Sicut ver. 7. quæst. 1. Et cap. Inter corporalia de translat. Episc. nam merito ex captivitate reverso reddenda est uxor sua, licet medio tempore alteri nupsit bona fide credens primum virum esse mortuum, ut gravissimis rationibus ostendit Leo Papa in d. cap. Cum per Bellicam, & Innoc. in cap. seq. 24. quæst. 1. Ergo similiter prelato ab hostibus reddenti restituenda est Ecclesia sponsa sua, cum qua dicitur conjugium spirituale, vel quasi contraxisse, ut in præcatis iuribus, & in puncto arguit gloss. in d. e. Cum per Bellicam, in Conjugiorum. Nec habenda est ratio juris civilis, secundum quod Matrimonium per captivitatem dissolvitur, & uxor non restituitur marito redeunti, nisi novus adlie consensus, ut l. Dum dua, hic: (Non ut pater filium ita uxorem maritus iure postliminii recipit, sed consensu reintegratur Matrimonium,) ff. de cap. & postlimin. reversi. Quoniam lex civilis in hoc repugnat iuri divino, quia à Deo jungitur uxor viro, & quos Deus coniunxit homo non separet: & sic est necesse, ut etiam renuente uxore legitimum federa nuptiarum reintegrentur, ut legitur in d. cap. Cum per bellie.

35 Probatum denique aliis omnibus ex natura postliminii, quod deficiat esse jus amitte recuperanda ab extraneo, & in statum pristinum restauranda, ut l. Postliminium, ff. de captivis & postlim. reversi. gloss. 2. in dict. cap. Prima actione, 16. quæst. 2. Et quoniam secundum leges postliminii reversis datur actio rescissoria intra quadriennium, ut §. Rursum instit. de actionibus, l. ultim. Cod. de in integr. restit. Turrecrem in dict. cap. Cum per Bellicam, in verb. reformantur, 24. quæst. 1. Et si non poterit agere in hoc quadriennio, per aliquot dies restauratur ad eos, l. Sed & si per prædorem, §. Si fira, ff. Ex quibus conj. major. tamen secundum Canones cum exillent in captivitate, seu hostilitate non curat prescriptio, ut dict. cap. Prima actione, 16. quæst. 2. non dabitur rescissoria, sed per quantumcumque tempore prelatum fuerit in captivitate iura omnia recuperabit iure postliminii, ut notat hic gloss. in verb. Postliminium.

38 Et ex his patet usquequaque verum non esse, quod aliqui regulares dixerunt jus postliminii non habere amplius locum, secundum Canones, ex Covarr. in reg. Peccatum, par. 2. §. 11. num. 6. & Molin. de just. & iure tom. 1. disp. 118. §. Observa tamen. Quoniam hoc vendicat sibi locum tantummodo ad hoc, ut infidelis nullum acquirat dominium in Christianis captivis, cujus contrarium erat cautum de iure civili, secundum quod capti ab hostibus eorum servi efficiuntur, ut §. Servi, instit. de iur. person. gloss. in §. ab hostibus, in verb. Vendit instit. quibus mod. ius patris potest solvitur §. Et sic loquuntur præcatis auctores, sed non procedit quantum ad recuperationem iurum, ac rerum, nam quantum ad hoc ex captivitate reversus etiam secundum Canones recuperat omnia iure postliminii, prout sunt iura clara in d. c. Prima actione 16. q. 3. & in d. c. Cum per bellieam 24. q. 1. & tenent ubique glossatores, unde iure optimo dicit glossa in §. Item ea in verbo Recipiunt, instit. de rer. dec. postliminii & captivitate iura hodie non servari quantum ad personas, scilicet ut Christiani per captivitatem servi efficiantur, sed bene quantum ad res, scilicet ut recuperent omnia que prius habebant; idemque tradidit Bart. in l. Hostes, ff. ad captiv. & postlim. reversi. & ex illo Franciscus Arias in tract. de bello & bellator. n. 160. inter tractatus communes, tom. 12. fol. 129. & Joan. Lup. in eodem tract. in 3. q. 8. Si sumus in casu secularium n. 4. eodem tom. 12. fol. 169. col. 3. Idque expresse agnovit Covarr. d. §. Undecimo n. 6. post med. ubi disertis verbis sic ait (Quamvis in his que possunt in favorem cedere captivorum assquillim sit; imò omni ex parte iustum eadem leges, scilicet de postliminio loquentes servari, nec enim Republica Christiana convenit præter ipsam captivitate afflictionem damnum aliud aut detrimentum Christianis apud Saracenos aut Turcas captivos irrogari) Hac Covarr.

39 Rursus non obitat, quod postliminio careant, qui armis vicii hostibus se dediderunt, ut dicitur in l. Postliminio, ff. de capt. & postliminio reversi. quia licet non sponte, tamen coacta voluntate non est, ut ait hic glossa in verb. Hostibus. Nam responderet illum textum procedere in his, qui cum dimicare deberent, se turpiter reddiderunt quo casu propter ignominiam carent iure postliminii, ut declarat textus in l. 2. ff. cod. sed non obstat in Clericis qui corporalia nescientes arma solum Deum & propugnatores suum quando ei placuerit misereri, patienter expectant, dicit text. in c. Porro, 16. q. 3. ubi gloss. in verb. Arma, delat-

mit argumentum quod Clerici non debent movere arma corporalia etiam contra hostes, c. Quicumque 23. quæst. 8. Nam lacrimæ & orationes sunt arma Clericorum c. Convenior ead. caus. & quæst. unde quavis Clerici in bello iusto possint alios hosti ad pugnam contra hostes c. Igitur & cap. Hortata, c. Omni tempore, c. Ut pridem 23. quæst. ult. cap. Dominicus 23. qu. 2. & c. Adrianus, dist. 63. propria tamen persona pugnare non possunt d. c. Quicumque & c. Clerici 23. qu. 8. nam eorum officium reddit eos inhabiles ad pugnandum, cap. Ex multa ad fin. de voto & notat gloss. in c. Petito, in verb. remordet, & hic etiam Butr. n. 4. de homicid. Bald. conf. 469. Ad bellum iustum, vol. 1. & docet S. Thom. in 2. 2. qu. 40. art. 2. ad 2.

Demum non obitat, quod dixerunt nonnulli regulares ius postliminii non habere locum in officiis temporalibus quales sunt administrationes regularium, ut cap. Cum ad Monasterium, §. Totes, vers. Nec alicui, de stat. Monachor. Sed solum in officiis & beneficiis perpetuis, quales sunt Episcopatus, de quibus loquitur d. c. Pastoralis; 7. qu. 1. & c. Si Episcopus, de supplen. neglig. prat. lib. 6. Nam respondetur hoc verum esse in officiis minoribus ad que regulares non assumuntur per electionem canonicam, sed iure obedientiarum & ad nutum superiorum amovibiles, de quibus loquitur dict. §. Totes, & in talibus admittimus non habere locum ius postliminii, qui removeri possunt pro libito Abbatis & sine ulla causa, ut clarè ostendit supra prælati d. n. 10. & 11. At rectius est in prelati, qui canonicè eliguntur quæ si five sint perpetui, five ad tempus determinatum, pura triennium vel biennium eo tempore durante iuris ordine non servato, & sine iusta & rationabili causa removeri non possunt, ut est textus in cap. Monachi, §. Priores de statu Monachor. & fuit probatum est supra n. 8. & quod postliminium habeat locum etiam in officiis ad certum tempus duraturis, probatur exemplo ratoris cuius officium non est perpetuum, sed temporale & finitur pubertate, ut instit. quibus modis tutel. finit. per tot. Item tutor sit captus ab hostibus desinit esse tutor, ut instit. de Attil. tut. §. Ab hostibus; & tamen reversus recipit tutelam iure postliminii, ut hic dicitur, quo iure alia quoque omnia recuperat, ut hic notat glossa in verbo Iure postliminii, ut est textus in l. postliminii hic. Omnia restituantur ei iura ac si captus ab hostibus non esset, ff. de captiv. & postlimin. reversi. & in l. Cum dua hic recuperet & hie jus suum & in l. Hostes hic, ab hostibus autem captus & c. postliminio statum recuperat pristinum, ff. eodem & instit. quibus mod. ius patronatus potest sol. §. Si ab hostibus, unde & munia civilia recuperat, l. liber captus, cod. eodem, leg. libertas, §. Postliminium, ff. Ad mancip. & incolumia cuncta ei servanda sunt, lege fin. verb. Red. hantur, cod. de captiv. & postlim. & est ratio, quia, ut hic dicit gloss. in ver. Vendit; Postliminium habet duo capita unum est quia reversus recuperat omnia & hoc fundamentum est super veritate, aliud est quia ius, qui captus est, fingitur in civitate semper fuisse & semper habuisse iura, quod est contra veritatem, unde quemadmodum Prelatus regularis si verè suo Monasterio, vel provincia semper fuisse trionio suo, vel biennio durante, iura prelationis retinisset, ut probatum est supra num. 8. & num. 41. & 42. eodem modo fuit captus ab hostibus, qui ex secundo capite postliminii fingitur semper fuisse in suo Monasterio vel provincia, cum postea revertitur ex primo postliminii capite iura omnia prelationis recuperat, ita iustitia exigente, ut in dict. cap. Cum per bellieam, 4. quæst. 2. & naturalis æquitate, in dicitur in l. Postliminium, ff. de capt. & postlim. reversi.

Quæ omnia multo fortius vendicant sibi locum ubi Prelatus non fuit captus ab hostibus, sed à piratis, vel latronibus, quia tunc etiam secundum Leges Civiles liber permanet, ut in dict. l. Postliminium, hic: A piratis, vel latronibus capti liberi permanent, ideo retinet omnia iura sua, sicut postliminii non est necessaria, ut dicit text. in l. Hostes, ff. eodem & in l. Qui à latronibus, ff. de testament. ubi gloss. 1. & Bart. n. 2. vers. Solus & alii Scribentes.

Contigit non ita pridem hic casus in Patre Joanne Cheron Provinciali Carmelitarum Vasconie, qui rediens à Capitulo generali in Urbe celebrato die 31. Maii 1648. fuit in mari captus à Turcis, & cum Generalis Ordinis desilius captivitate certior factus fuisset, creavit Vicarium Provinciale, sed eo conquirente, quod Vicarii nomine non possit provinciam gubernare, & regularis observantia multum periclitaretur, cumque nulla spes subesse redemptionis Patris Cheron, Comitis Provincialis indicit, in quibus die 8. Maii 1650. idem Vicarius in Provinciale electus est. Sed die 6. Aprilis immediate præcedentis antiquæ Provincialis præter ipem Redemptus Roman venit, & postulavit sibi reddi Provinciatum, sed Generali renuente, recursum habuit ad SS. D. N. reque à Sanctitate sua ad S. Congregationem Episcoporum, & Regularium delata, ta-

metri nonnulli regulares contenderent electionem secundi Provincialis fuisse legitimum, nec Provinciale red-imprum posse Provinciale repetere, ut in specie P. Lezana in suis consultationibus novissime impressis consultatione 42. nihilominus Sacra Congregatio mandavit Generali Ordinis, ut

P. Cheron in possessione provincialatus maneret, & ad liberum illius exercitium restitueret & reintegraret electionem novi Provincialis cum omnibus inde secutus cassando & annullando, contrariis non obstantibus, die 12. Augusti 1650.



# DE SIMONIA

Idem Innocentius Decano Belvacen.

## CAPUT XXXIV.

Tua nos duxit discretio consulendos: & infra. Devotioni tuæ taliter respondemus, quod si quis Clericus non conditione vel pacto largiatur, aut offerat bona sua, ut illa postmodum pro præbenda retineat & in Canonicum admittatur, huiusmodi oblatio vel receptio fieri non poterit sine vitio simoniæ, cum in talibus omnis pactio aut conventio qualibet offerat, rogans humiliter, ut in Canonicum admittatur & bona sua retinere sibi liceat pro præbenda & Clerici ejusdem Ecclesiæ purè consentiant: huiusmodi receptio fieri poterit absque scrupulo simoniæ pravitate. Licet autem taliter duximus respondendum, quia nobis datum est de manifestis tantummodo iudicare, si tamen is qui talem donationem facit, ea intentione ducatur, ut per temporalia bona quæ offert, spiritualia valeat adipisci & Clerici, qui eum in fratrem admittunt, non essent eum, nisi incommoda temporalia perciperent, admitturi, sine dubio tam ille quam isti apud districtum iudicem (qui scrutator est cordium & cognitor secretorum) culpabiles iudicantur.

## SUMMARIUM.

- 1 Simoniacus est Clericus, qui confert Ecclesiæ bona sua eo pacto ut recipiatur in Canonicum & illa sibi retineat pro præbenda.
- 2 Jus Canonicæ est quid spirituale, & non cadit in laticum.
- 3 Simoniacus est beneficium suscipere vel dotare eo pacto, ut sibi conferatur.
- 4 Simoniacus est pactum presentandi seipsum à fundatore appositum in erectione beneficii & irrita est erectio & institutio inde secuta & n. seq.
- 5 Presentatio acquiritur ius spirituale ad beneficium obtinendum & Episcopus compelli potest instituire.
- 6 Simoniacus est pro presentatione aliquid temporale dare vel accipere.
- 7 Beneficium obtinens à se fundatum cum pacto presentandi seipsum an faciat fructus suos & num. seq. usque ad num. 15.
- 8 Simoniacus est intrusus, carens titulo vero & putativo.
- 9 Et semper est in mora restituendi sicut iur.
- 10 Et tenetur ad restitutionem omnium fructuum etiam qui percipi potuissent à diligenti possessore.
- 11 Dominium secuta traditione transfertur ex contractu etiam inutili, non tamen nullo & contra Legem.
- 12 Clausula, & non alias, &c. facit dispositionem conditionalem.
- 13 Pecunia pro simonia collata an & quando sit restituenda ei qui contulit.
- 14 Retentio facultatis datur, quam petitio.
- 15 Pactum omne & conventio in beneficiis & aliis spiritualibus simoniam inducit.
- 16 Simonia non est deducere in pactum juris communis dispositionem.
- 17 Etiam si in actu receptionis fuerit oppositum.
- 18 Collatio beneficii sub conditione, si resideret valida est.
- 19 Collatio beneficii facta eo pacto, ut provisorius solvat pensionem collatori debitam, non est simoniaca.
- 20 Simoniaca non est Sacerdos obolvens penitentem eo pacto ut rem sibi sublatam restituat.
- 21 Peccatum non dimittitur nisi restituatur ablatum. Fagnan. in V. Lib. Decretal.
- 22 Pactum dandi spirituale pro spirituali an fieri possit sine vitio simoniæ remissive.
- 23 Simoniacum non est in actu receptionis vel ingressus ad ius spirituale aliquid dare vel offerre sine pacto vel conditione.
- 24 Gratis recipi potest gratis oblatum.
- 25 Simonia non inducit datio mutus spiritualium & temporalium, quoties una non casatur ab alia.
- 26 Secus si actus sint correceptivi.
- 27 Est tamen vitanda propter peciem mali.
- 28 Accusatus non debet ingredi domum Iudicis. Opus per se laudabile, ratione temporis reprobat ibid. & n. seq.
- 29 Simonia suspensionem præfert nummos in concham mittere dàm hæpissimus suscipitur.
- 30 Fructuum deductiones & solutiones quæ ex prova consuetudine, aut constitutionibus sunt tempore ingressus vel possessionis reprobatæ à Concilio Tridentino & Constit. Pii V.
- 31 Preces humiles à digno oblata pro beneficio obtinendo, simonia, aut ambitionis vitium non inducunt.
- 32 Secus si ab indigno.
- 33 Preces quas pro se quis corrigit, ut in Pralatum eligatur, ambitiosa sunt & illicita.
- 34 Episcopatum appetere non licet.
- 35 Primatus fugientem se desiderat, & rogantes pro beneficio adipiscendo an simoniam committant.
- 36 Manuscula conferentes Prælati & rogantes pro beneficio adipsam an simoniam committant.
- 37 Electus offerens ordinatori, conferatori suo electuarium vel aliud quiddam modici pretii, non censetur simoniacus, ibid.
- 38 Consuetudo, cujus vigore canonicus novus singulis canonicis chirothecas distribuit post admissionem ad fructus & distributiones, sublata est à Conc. & Bulla Pii V.
- 39 Simonia est quoad Deum & in parvis & in magnis numeribus, si animus iudicis ex eis statur.
- 40 Simonia mentalis solum Deum habet uitorem & n. 45.
- 41 Ecclesia non iudicat de oculis & n. 45.



Hinc sumpta occasione, quare, si Prælati regulares licet capere à Turcis, vel Tartaricis in hæc sit iusta causa alium in ejus locum eligendi, anve ex captivitate postea reversus, in prædium statum sit reponendus.

Ad evidentiam præmittendum est Prælati regulares, ut Provinciales, Abbates, Priores conventuales & conformes, qui à Capitulo canonicè eliguntur, & à superiore confirmantur, non esse ad nutum amovibiles, & quamvis in pluribus Religionibus sint triennales, tamen durante triennio removeri non possunt nisi ex iusta causa, & juris ordine servato, textus est clarus in cap. *Monachi*, §. *Priores*, supra de statu Monachorum, cujus hæc sunt verba: Priores autem cum in Ecclesiis conventualibus per electionem Capitulorum suorum canonicè fuerint instituti, nisi pro manifesta, & rationabili causa non mutantur, & hic notat glossa in vers. non mutantur. Innoc. ad finem, in eodem verb. Host. n. 5. Joan. Andr. num. 12. & communiter DD. & quamvis in cap. *Qualiter*, §. *quando*, il *secundo*, §. *Hinc tamen de accusat.* dicitur juris formam circa regulares personas non esse iniquæque servandam, quæ cum causa requiritur facilius, & liberius à suis possunt administrationibus moveri, tamen hæc verba potius demonstrent eos non posse moveri ad nutum, imò supponant causam necessariam, ut patet hic, *Cum causa respicitur*; unde sensus est, ut causa non adeo gravis in regularibus exigatur, sicut exigitur ad privandum clericos secularibus suis dignitatibus & beneficiis, sed ex levioribus causis ab administratione removeri possunt, ut hic dicitur in fine rationabilibus tamen & manifestis, ut expresse habetur in dict. cap. *Qualiter*, & notat glossa in cap. *Cum ad Monasterium*, in verb. *amoveri*, de statu Monachorum, & latius infra subijciam, num. 41. & 42. nec refragatur textus in eodem cap. *Cum ad Monasterium*, §. *Tales*, qui videtur contrarium innuere in illis verbis, *Nec alius committatur aliquis obedientia perpetuè possidenda, tanquam in sua cibi vita locutus, sed cum oportuerit amoveri, sine contradictione qualiter revocetur.* Nam respondetur illum textum non loqui de Prioribus conventualibus, seu Prælati, qui à Capitulo eliguntur, sed de Prioribus minoribus, qui per electionem canonicam non creantur, sed superior eis committit administrationem, & tales non confirmantur, sed sunt obedientiarii, & ad nutum ipsius superioris amovibiles, & ita textus in dict. §. *Tales*, cum textu in dict. cap. *Monachi*, conciliantur communiter Doctores & in specie præcitat glossa in d. cap. *Monachi*, in verb. *Non mutantur*, Innocent. ibidem ad fin. in eodem verb. Host. num. 5. dicens, *Priores minores pro voluntate Abbatis hodie miri posse in prioratus & in crastinum revocari*, Joan. Andr. n. 12. ver. *Alii ad voluntatem*, item glossa in d. cap. *Cum ad Monasterium* in ver. *Perpetuè & hic etiam Host. n. 20. in eodem verb.* Item glossa in Clem. 1. in ver. *Revocari*, post med. ver. *Sunt, de just. pend. negligent. prælator.* & hinc istam disti. etiam inter Prælatos electivos & officiales minores posuerunt Host. Joan. Andr. & communiter Doctores in dict. cap. *Qualiter* & hic dixi n. 51. cum duobus sequentibus. & nullus discrepat & de his prioribus & officiales minoribus intelligendi sunt Doctores, qui dicunt prioratus & beneficia regularium esse manuala, non autem de electivis, ut Cassiodor. decis. 12. n. 9. de præbend. Millis in repertor. in ver. *Beneficio regularia*, num. 30. Rebuffi in tractat. de paroch. p. 1. n. 240. & alii passim; unde si aliquis ex dictis prioribus & officialibus minoribus fuerit captivus, absque dubio liceret Abbati alium in ejus locum substituere, cum tales etiam sine illa causa amoveri possunt, ut dicitur Host. & alii supra citati & late probavi in d. cap. *Cum ad Monasterium*, d. num. 30. usque ad n. 42. Sed de istis non est hic sermo.

His præcognitis ad primam partem questionis propositiva videtur negativè respondendum, quia Prælati ab hostibus capti non est ipso jure privati sui dignitate, nec captivitas est iusta causa eum privandi per sententiam & alium in ejus locum eligendi, sed tantummodo deputandi administratorem temporalem vel Vicarium, seu visitatorem, qui durante illius captivitate, provinciam, vel Monasterium regat textus est in c. *S. Episcopus*, de supplen. neglig. Prælat. lib. 6. ubi est casus expressus, quod Episcopo à Pagani vel Schismaticis captio non instituitur alios in locum ipsius, sed Capitulum in spiritualibus & temporalibus administrat donec eum libertati restituit contigerit vel donec Seder Apostolica per Capitulum consulenda illud duxerit ordinandum, ubi glossa. ultim. dicit. Fortè visitatorem dando, ut cap. *final. eodem titul.* & lib. Et est ratio, quia per captivitatem Prælati, Ecclesia non vacat, ut ait glossa in d. cap. *Si Episcopus in verb. Sed Capitulum*, nec illa est vacatio vera sed ficta, seu interpretativa, ut tradit hic Philippus Præb. in addit. ad Monach. in princ. Joan. Franciscus Pavimus in titul. de offic. & potestat. Capit. sed vacant. prælat. 7. num. 13. & innuit text. hic. Ac si Seder per mortem vacaret. Nam dicitur, *Ac si fictionem importat, l. Si alterius, ff. de hered. institut. l. Quamvis, & hic glossa. 1. ff. de bon. autor. judic.*

possit. & sic illa est mors ficta, seu civilis, ut hic notat Joan. Monach. n. 1. et Archid. in princ. que non equiparatur vere, seu naturali nisi in casibus in jure expressis & hoc pro regula esse tenendum dicit glossa in cap. *Papatus*, il *secundo* in verb. *Mortuus*, ver. *Et hoc tenetur pro regula* 16. qu. 1. Non est autem in jure expressum, ut mors civilis, Ecclesia quali vacante per captivitatem Prælati, æquiparetur naturali quoad institutionem, seu electionem successora, sed tantum quoad hoc, ut Capitulum ad tempus succedat in administratione, ut in dicto cap. *Si Episcopus*. Ergo in reliquis statibus regulæ leg. *Sancimus*, Cod. de testamentis leg. *Præcipimus*, in fin. Cod. de appellat. & textus in dicto c. *Si Episcopus*, non esse extendendum ad alios casus firmæ Alexander consil. 110. Adde gravit. n. 3. circa finem vers. *Et postea* & n. 4. lib. 6.

Quin imò tamen capti in bello servi efficiuntur capientium, si bellum sit iustum, l. *Naturalium*, §. *ut. ff. de acquirend. rerum domin. l. de captiv. Et postquam reversi §. *Item ea*, Instit. de rer. divij. & servitus hic mors civilis, que non naturali assimilatur, l. *Incedit*, ff. de condit. & demonstrat. l. *Servitutum*, ff. de regul. jur. glossa in l. *rei capitalis* in verb. *amissio*, ff. de penis, nihilominus in Christianis captis à Turcis, vel Saracenis hoc non obtinet, quia servi capientium minime efficiuntur, nec quantum ad hoc sunt servandæ Leges Romanorum, que de captivis apud hostes loquuntur, nec sunt necessariae fictiones legis Cornelie & postliminii, ut pluribus probat Covarr. in regula *peccatum*, par. 2. §. 11. Et quamvis glossa in dicto cap. *Si Episcopus*, in verb. *Libertati*, dicat: *Servus enim factus erat, tamen intelligitur secundum Leges Romanorum quas allegat, & Geminian. hic circa finem*, quænt tamen, quid hic Episcopus captus habeat Vicarium tempore captivonis, an per capturam expiret ejus mandatum, ita ut non possit exequi officium suum? Et respondet expirare, quia per mortem Episcopi expirat mandatum, ut not. glossa in Clem. fin. de procurat. & textus in dicto capite. *Si Episcopus*, æquiparatur mortem civilem naturalem quoad jurisdictionis exercitium vel dato quod mandatum non expirat, tamen non potest jurisdictionem exercere, quia ito casu devolvitur ad Capitulum. Ita formaliter Gemin. cum quo concordant ibi Franch. ad fin. ver. in glossa. fin. & Prob. ad Monach. in princ. & sic Gemin. tenet Prælatum captum esse mortuum civiliter tantummodo quoad exercitium jurisdictionis & sic supponit habitum remanere apud ipsum & consequenter eum non efficit servum capientium, nec liberatum amittere nisi de facto, & ita intelligi debet littera d. cap. *Si Episcopus*, in illis verbis; *donec eum libertatis restituit contigerit*. Quamobrem cum Prælati capti à Turcis vel Schismaticis secundum Canones non sit in servitute redacti, nec sit mortuus civiliter quantum ad habitum jurisdictionis & jus Prælatu- ræ, sed omnino quantum ad jurisdictionis exercitium nulla ratio inquit, ut alius in ejus locum substituarur, ut dicit textus in eipite. *Quamvis trisse*, hic. *Quia ergo videntur ab offi. in suo necessitate non erant adiacere, alium loco ejus nisi eo vacante, nulla sint ratio ordinari 7. qu. 1.**

Confirmatur prædicta, quia si Prælati efficiuntur inhabilitati ad officium excedend in proprio munus tam perpetuum & incurabilem non privatur officio vel beneficio sed datur ei coadjutor, ut capite. *Ex parte* hic, gravi & incurabili morbo, & capite. *final. de cleric. agrot.* & in c. unico, §. *Verum*, hic *perpetuo impeditur, eodem titulo lib.* Et probavi latissime in dicto capite. fin. d. n. 40. Et de Episcopo extramentem posito sunt jura clara in cap. *Scriptis*, & in d. cap. *Quamvis trisse*, 7. qu. 1. & in Generali Ordinis Homiliorum mente capto consulat Petrus de Ancharan in consil. 188. incip. *Visti consilii*, n. 7. ver. *Permittendum est etiam pro veritate* & n. 12. Ergo similiter si Prælati impediatur officium suum exercere propter captivitatem, non est ab officio removendus, sed ei dandus est administrator vel Vicarius, qui durante captivitate, vices illius supplet in exercitio jurisdictionis, nam ut legitur in cap. *Satis persequum*, §. *6. dist.* Satis persequum & contra Ecclesiasticam probatur esse censuram, ut frustra pro quorundam voluntatibus quis privetur, quem sua culpa vel factus ab officio quo sumptus gradu non dejicit & nimis reprehensibile esse manifestum est, ut Prælato vivente alius substituitur, que sunt verba textus in c. *Petrus* 7. qu. 1. Nemo enim sine culpa privandus est jure suo, c. *Invenitur*, 16. qu. 1. c. 1. de judic. Et de Prælato regulari tradit glossa in cap. *Monachi*, in verb. *Non mutantur*, de statu Monachorum, quoniam captivus calamitati est miserendum, c. *Non satis* & cap. *Plura*, 86. dist. c. *Aurum* in c. *Sacramentum* 12. qu. 1. facit textus, in l. *Quamvis* ff. solut. Matrimonio & in l. *Si pro redemptione*, C. de donat. lib.

Nec obstat, si deus hæc procedere in Episcopis & Prælati secularium, qui Matrimonium spirituale contrahunt cum Ecclesia c. *Inter corporalia* cap. *Quanto* & cap. *licet supra de translat. Episcop.* & propterea à suis administrationibus

sine causa gravi & probata amoveri non possunt, ut in d. cap. *Qualiter*, il *secundo*, §. *Licet autem de accusat.* & in præcæntis junctis, At secus est in Prælati regularibus, quia nec ita pingue sui habent sicut faculares, ut inquit glossa. hic in verb. *Levioribus*, & ideo possunt facilius & liberius removeri, ut dicitur in dict. cap. *Qualiter*, in §. *Hanc tamen ordinem.*

Id inquam, non obstat, quia est in regularibus Prælati leviores cause sufficiant, ut habetur in fin. Requiritur tamen causa delicti & de talis intelligitur hoc cap. Quod loquitur ubi de crimine civiliter agitur, ut Prælati regulares ab administratione removeatur tanquam immeritis se damnolos ut in verb. *Tales igitur*, & notat Abbas in primo notab. & Marian. Socin. n. 11. Similiter de causa criminis intelligitur dictum, cap. *Qualiter*, quo primo præcæntur ordinem procedendi per inquisitionem in causis criminalibus tam contra Prælatum, quam contra subditum & conclusit probatio gravi crimine eum esse removendum ab administratione, ac demum declarat hunc ordinem non esse in regularibus observandum usqueque, id est per omnia vel ad unguem secundum Card. in d. §. *Hanc tamen ordinem*, in princ. quasi dicit etiam ad remotionem Prælati regulares requiritur causa & probatio criminis, sed non est necesse, ut crimen sit adeo grave sicut in Prælati secularibus, idque aperitur esse expressum in d. c. *Monach.* & *Priores de statu Monach.* ubi postquam textus dicit, *(Prælati regulares per electionem canonicè intrinse sine manifesta & rationabili causa non mutantur.)* Immediate declarando qualis debet hujusmodi causa subijcitur, videlicet: *(Si fuerint dissipatores si incontinentes vixerint, aut tale aliquid egerint pro quo amoveri merito videntur.)* Et ecce quod ad remotionem Prælati regulares semper requiritur delictum & hoc delictum, & ubi dicitur hic glossa ut. *Ac captivitas non est delictum, & ubi delictum non est, hic non debet esse pena, c. Cognoscens de Constit. glossa in c. Si Beneficiarius in verbo Sine culpa de præb. lib. 6. Nec Prælati captivus sine culpa privati debet jure suo, glossa penultima in d. c. *Monachi*, imò inhumanum est nimis talem affligere cui potius est miserendum, c. *Licet de censuris*; & hic glossa in verbo *Miserere*, Abb. consil. 47. n. 3. lib. 1. facit c. *Cum percellit* 7. qu. 1. hic, *non debet à nobis ad si flagellatus affligi, c. Ex parte* hic, nec affligi affligi sit addenda, de Cler. agrot. c. *Judicis* hic cui magis consulendum sit & comparandum quam puniendum aut aliquo modo feriendum 3. qu. 9. c. *At si Clerici*, & de adulteris, de judicis hic nec duplice debet ipsum contrarietate contere & leg. *Novus oneris*, & c. *Cum autem* hic, quia non debet duplice damno operari, ff. ad legem Rhodiam, de jactis cum similibus.*

Sed si urgeas ex causa publica utilitatis, ne scilicet Provincia vel Monasterium debito regimine deiciatur etiam sine culpa, posse quem privati jure suo, i. *Item si verberatum*, §. 1. ff. de vendit. l. *Lucius*, ff. de vendit. plenè Antonius Gabriel. comm. conclus. in tit. de jure quæsitio non solen. consil. 2. n. 1. & dixi in c. *Ceterum*, n. 3. de re script. Respondendum causam publicæ utilitatis posse tantum considerari in datione Vicarij vel administratoris, qui durante captivitate Prælati jurisdictionem exercet, juxta textum in d. c. *Si Episcopus de suppl. neglig. Prælat. lib. 6.* non autem in privatione ipsius Prælati electione successoris, nullum enim est publicum incommodum, ut Prælati captivus titulum & habitum dignitatis retineat, dummodo ad alios qui illius vices supplet & durante illius impedimento in spiritualibus & temporalibus administrat, ut per Abbatem in c. *Una vos* n. 4. de Cler. agrot. & probatur ex doctrina Innocentii communiter recepta in c. *Nisi cum primis* n. 4. in verbo *Militum*, ver. *Non dicimus de renunc.* ponderando tam, ut dixi in d. c. *Ceterum*, n. 51. de re script. Quin imò remotio Prælati captivi esset potius contra jus & utilitatem publicam, quia hoc exemplo deterret non inveniuntur qui vellet omni regimini servandi non debet subtrahi beneficium, ne ex hoc turbetur status Ecclesie.) Roman. consil. 408. n. 5. ver. *Quarto per textum* in d. c. 1. ubi similiter ait remotionem Officialis sine culpa tendere non ad conservationem & bonum istarum Officij, sed potius ad ejus subversionem, eo considerato quod difficultate reperitur qui hoc officium libere regimini. Hæc quoad primam partem questionis.

Circa secundam partem respondendum videtur Prælatum & captivitate reversum in anticum dignitatem & administrationem esse reponendum proin quantumque a iure interim electo seu instituto.

Quod probatur primò per textum in c. *Primò adione* 16. qu. 3. ubi Concilium Hippolanti II. cum illud interfect. c. 1. statuit in hæc verba: *Placuit ut omnis Parochia quam antiqua ditione ante militarem hostilitatem retinuisse Ecclesiam suam quilibet comprobaret, ejus privilegio restitueretur,*

sicut enim per legem mundialem his quot barbarica feritas captivâ necessitate transiit, postliminio revertentibus redditor antiqua possessio, non aliter & Ecclesia receptura est Parochiam quam ante tenuit cum rebus suis sive ab Ecclesiis possideantur, sive in cuilibet possessione transmissa sit, non enim erit obedienda præscriptio temporis ubi necessitas interit hostilitatis.)

Probatur secundo in c. *Cum per Bellicam* 3. qu. 1. ubi Leo Papa scribens Nicetæ Acquiogeni Episcopo, epistolâ 77. c. 1. & seqq. sic ait. *Remotis malis que hostilitas intulit unicuique hoc quod legitime habuit reformetur omnique studio procurandum est, ut recipiat unquam quod proprium est; & infra Sic enim multa que ad eos qui in captivitatem ducti sunt, fertinebant, in jus alienum transire poterant, & tamen plenam justitiam esse, ut eisdem reversis propria reformetur, quod si in mancipis vel in agris aut etiam in domibus ac possessionibus retinuerant, quanto magis in conjugiorum reintegratione faciendum est, ut sic quod bellicè necessitate turbatum est, pariter reformetur, ubi glossa in verbo *Conjugiorum*, detulit argumentum quod Ecclesia debet restitui Clerico de captivitate redeunt, quantumcumque tempore detentus fuerit, si probat iustum impedimentum, cum Ecclesia sit uxor Clerici, cap. *Sicut vir* & cap. *Sicut alterius* 7. questione prima; & cum glossa concordant Hugo & Tarrecremata, numero primo.*

Probatur tertio in cap. *Pastoralis* 8. quasi. 1. ubi cum Joannes Litanie Civitatis Episcopus ab hostibus esset repulsi & Litanie Civitas in captivitatem redacta, Gregorius Papa dedit ei Ecclesiam Sillarimam hæc conditione, ut cessante hostilitate ad suam Ecclesiam revertetur; qui textus ad rem nostram dupliciter inducitur & primò hic: Si Prælati Ecclesie ab hostibus captivæ, cessante hostilitate, restituentur eis prima Ecclesie, non obstante quod medio tempore fuerint inordinatus, seu institutus in alia Ecclesia, ut in dict. cap. *Pastoralis*; multo fortius, si esse captivæ Prælati debet restitui sua dignitas in causa nostro, cum medio tempore in nulla alia Ecclesia fuerit institutus. Secundo sic. Præ ato ab hostibus expulso, is, qui medio tempore à Papa fuit substitutus cessante hostilitate debet Ecclesiam dimittere, & eamque primo Præ ato restituere secundum Hug. Arto. & omnes in d. cap. *Pastoralis*. Erub. à fortiori is, qui durante captivitate Prælati à Capitulo fuit electus, ea cessante, debet dimittere dignitatem, & eamque restituere Præ lato ab hostibus reverso. Sed dices, Prælati non potest constitui ad certum tempus, vel sub conditione, quia beneficia sub conditione non dantur, *Quamvis* 7. quasi. 1. cap. *Sanctor.* 70. dist. nec convenit in rebus nollis temporalibus in illos habere l. *Quasitum* ff. de adoptione l. *Actus legitimi*, ff. de reg. jur. Sicut nec libertas ad tempus datur, l. *Libertas*, ff. de manumiss. testam. nec hereditas, §. *Heres instit. de heredit. instit. nec Matrimonium*, cap. *Solet* 32. quasi. 1. Ergo nec Episcopus Ecclesie captivæ in alia Ecclesia institutus, nec alius in ejus locum electus vel institutus removeri debet, licet captivitas cessaverit, glossa. 1. in d. cap. *Pastoralis* 7. quasi. 1. solvit obiectum tripliciter. Prima solutio est, quod institutio hoc casu non sit pura, sed resolvatur sub conditione, si Prælati à captivitate liberetur, l. 2. ff. de in diem addict. & est similia in cap. *Ventens*, de fili. Præbitor. & in cap. *Illo*, de signor. Secunda solutio est, quod jure postliminio restituitur ei prior Episcopatus, ut in d. cap. *Præ ato actione*, 16. quasi. 1. Tertia solutio, quod à Papa sub conditione, vel ad certum tempus potest aliquem instituire Prælatum, sicut miles sub conditione & ad certum tempus instituitur heredes, *In fraudem*, §. *Similis*, ff. de militar. testam. Quarta & melior solutio est, quam ponit Archid. in dict. cap. *Pastoralis* num. 1. quod dicitur consilii institui sub conditione à jure reprobatâ & sic loquitur d. c. *Quamvis* 1. qu. 1. & c. *fin. sub de pact. cum similib.* secus autem est, ubi tacita conditio jure conductâ est, & sic loquitur d. c. *Pastoralis*, quia dum instituitur Prælati ex causa captivitatis, tunc institutio inest tacita conditio à jure indictâ, videlicet ut si hostilitas cessaverit, teneatur redire ad primam Ecclesiam.

Probatur quarto in præallegato, cap. *Si Episcopus*, de supplen. neglig. prælat. lib. 6. ubi Episcopo à pagani, vel schismaticis capto datur administratio Capitulo non perpetuè, sed ut dicit textus, donec eum libertati restituit contigerit, recuperat enim jure postliminio, ut dicit glossa ibi. l. *libertati* & Petr. de Anchar. in 4. notab. dicens nota in verb. *Donec*, quod administratio Capitulo in isto casu datur Episcopo exstante capto, liberatus autem jura sua recuperat: facit textus in cap. 1. de Paroch. ubi Prælati hæretici ad unitatem Ecclesie conversi, quamvis inter alios in ejus locum fuerint instituti ex misericordia reintegratur, ergo fortius est reintegrandus hoc casu Prælati captivus, cum hoc fiat non misericordiam, sed ex justitia, ut expresse habetur in d. cap. *Cum per bellicam* 3. quasi. ibi;







52 quàm postulationes, atque hujusmodi quæ à simoniaca labe vel curie à curpi quasi non longe absunt.
53 Ceterum adverte, quia quod dictum est in his munificulis simoniam non committi, procedit in foro exteriori, & quoad Ecclesiam, quia cum non sit probabile ut animus...

54 vendere beneficium, seu illud resignare ad hoc ut alteri conferatur, non esse prohibitam Jure Divino, sed constitutione Ecclesie; & ita esse ex genere illorum que non sunt prohibita quia simoniaca, sed simoniaca quia prohibita.
Secunda conclusio est, simoniam mentalem non induci in simoniaci de Jure Ecclesiastico, sed tantum in simoniaci de Jure Divino, & idem tenet gloss. Vincent. in d. cap. Ex parte il primo in verb. Dimittere, de offic. deleg.



DE SIMONIA

Gregorius IX.

CAPUT XLVI.

Mandato nostro recepto, ut cum Monachis, qui per simoniam dato aliquo, locum in Monasteriis sunt adepti, secundum constitutionem generalis Concilii, dispensares: & infra. Consultationi tuæ breviter respondentes, dicimus mandatum Apostolicum, etiam ad Abbates extendi; & ad resignationes spiritualium & temporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedente, utrimque taliter acquiruntur (in quo casu delinquentibus sufficit per solam penitentiam suo satisfacere Creatori) eos pro simonia hujusmodi non teneri.

SUMMARIUM.

- 1 Abbas venit appellatione Monachorum in materia indifferenti
2 Simonia sola affectu animi non committitur, sed aliquo dato vel recepto.
3 Dispensandi potestas est late interpretanda, & n. seqq. usque ad num. 11. & n. 33.
4 Fallit in sex casibus, ut in. 10.
5 Beneficii nomen includit Rectorias & Dignitates & num. 37.
6 Inferioribus expressis adjecta clausula generali non veniunt superiora.
7 Offendere plures difficultis est quàm unum.
8 Dispensandi potestas est beneficium datum dispensanti & non delinquenti & ideo large interpretatur.

- 10 Beneficium Principis est latissime interpretandum.
11 Major Penitentiaris dispensat in occultis, etiam si agatur de homicidio voluntario & revalidat titulum beneficiorum.
12 Etiam in concursu obtentorum ab inhabili ob securam vel ministracionem in concursu & n. 61. & 62.
13 Major penitentiaris an possit revalidare titulum Parochialium contra concursum obtentorum, & n. 33. usque ad num. 38.
14 Et an possit in quocumque casu revalidare titulum Parochialium in concursu obtentorum non adjecta clausula, hoc postquam concurrentibus satisfecerit, & c. & num. 38. usque ad n. 65.
15 Et an id possit cum præscripta clausula, & num. 65. usque ad n. 72.
16 Et an & quomodo eadem clausula sit reducibilis ad praxim

- 17 Parochialis Ecclesia ex iustitia est debita digniori inter probatos in concursu ab examinatorebus sinodalibus, & n. 29. & seq.
18 Et postpositus potest appellare ab irrationabili iudicio Episcopi ex Bulla Pii V. & n. 27.
19 Appellandi jus non competit, nisi indebit & contra iustitiam gravato, & n. seqq. usque ad n. 33.
20 Appellatio est provocatio iniqua sententia querelam continens.
21 Et illius usus fuit inventus ad corrigendum iudicium iniquitatem vel imperitiam.
22 Parochialem pariter in concursu tacendo suam inhabilitatem occultam, peccat contra iustitiam & ad restitutionem tenetur, & n. seqq. usque ad n. 33.
23 Damnificans aliquem videtur esse auferre id, in quo ipsum damnificat.
24 Restitutio est actus iustitie commutativa.
25 Penitentiaris non curat de jure eventuali & secundario & num. 55.
26 Attendere non debemus quod fieri possit de facto, sed quod fieri debeat de jure.
27 Oppositori habenti qualitates requisitas competit jus considerabile, ut ei licet appellare à denegata.
28 Impediens ne beneficium detur digniori in concursu, restituitur tenetur.
29 Impediens ex iniusta causa, ne trahenda detur ei, cui simoniam erat, ut dicitur, tenetur ad restitutionem æqua ii.
30 Sed si impediatur antequam id firmatum sit, tenetur ad aliquam compensationem arbitrio iustitiam.
31 Damnificans aliquem impediendo ne adipiscatur quod erat in via habendi, tenetur aliquam compensationem facere secundum conditionem personarum & negotiorum.
32 Dispensandi potestas super beneficiis extenditur etiam ad beneficia curata ubi de nullius præiudicio agitur.
33 Aliis secus n. 81.
34 Beneficia conferendi facultas includit etiam curata.
35 Dispensandi potestas quando agitur de præiudicio alterius quàm Principis concedenti, est odiosa & restringenda.
36 Beneficii appellatione in materia odiosa & restringibili non venit curatum.
37 Princeps in suis concessionibus & rescriptis nunquam intendit jus alterius lædere.
38 Penitentiaris non solent juri quasi derogare.
39 In revalidacionibus titulum ante Concilium Tridentinum opponat clausulam sine aliquo præiudicio.
40 Et fractus male perceptos condonat sine præiudicio illorum quibus distributiones accersere vel non decernere debent.
41 Interpretatio semper fieri debet evasiva præiudicii tertii, etiam verba impropiando.
42 Dispensandi potestas utrumque ampla & exuberans non extenditur in præiudicium tertii sine derogatione regulae de jure quasi non tollendo.
43 Majoris Penitentiaris potestas revalidandi titulum bene-

fictorum, an sit ex sui natura præiudicialis ad effectum, ut non intret regula de jure quasi non tollendo.
50 Grata sui natura præiudicialis non dicitur illa que frequenter præiudicat, sed illa que præiudicat semper & verneceffe.
51 Parochiales Ecclesia in pluribus casibus hic relatis congruunt sine forma examinis per concursum.
52 Jura non adaptantur ad ea que semel tantum aut bis contingere possunt.
53 Major Penitentiaris potest legitimare prolem & condonare puellis violatis dotes obtentas à Confraternitate in præiudicium virginum.
54 Legitimatio prolis facta post obitum parentum non præiudicat venientibus ob intestato.
55 Restitutio est prioris status reparatio.
56 Restitutio facta per locum ubi aliquid non exprimitur, intelligitur fieri sine iuris præiudicio alterius.
57 Retroactio in gratiosi nunquam fit in præiudicium tertii, nisi aliud in litteris exprimitur & n. seqq.
58 Electio invalida ob occultam irregularitatem convalidatur per dispensacionem.
59 Nisi ante dispensacionem alius fuerit canonicè electus, Major Penitentiaris cur revalidet titulum beneficium in concursu obtenti ab inhabili ex censura vel illius violatione, non adjecta clausula fiet postquam satisfecerit & n. seqq.
60 Revalidatio beneficium in concursu obtenti est sui naturæ præiudicialis.
61 Dispensandi potestas non extenditur ad maioriore rationis de uno casu ad alium sublata verborum significacione non comprehensum.
62 Irregularitas ex de se habita tollitur quàm irregularitas ex ministracione in concursu.
63 Restitutio non est necesse ut præcedat abolitionem.
64 Data tempus non attenditur in mandato de dispensando vel conferendo quoad habitum imperatant.
65 Habitatio sufficit quando potentia explicatur ad aliam, ibid.
66 Restitutio dicitur facta qualitercumque satisfacta.
67 Clausula quatenus non tollatur jus quantum, revalida gratiam conditionalem & sante præiudicio, grata à principio est nulla nec conualefecit ex satisfactione subsecuta.
68 Conditione purificata, perinde est ac si dispositio à principio fuisset pura.
69 Clausula sine aliquo præiudicio in litteris tacite subintelligitur, sed non facit gratiam conditionalem.
70 Restitutio à mali provisio in concursu fieri potest competitoribus in multis casibus sine ullo periculo detegendi delictum occultam.
71 Restituendi impotentia non extinguit substantiam obligationis, sed suspendit illius executionem in casu qui impotentiam cessavit.
72 Restitutio quitas facienda sit eo qui in fraudem obicit aliud beneficium in concursu.

Mandatum. Non summat propter brevitate & veritate lecturam, sed secundum Felinum sic sumari potest. In materia indifferenti appellatione Monachorum venit Abbas. Hoc primo simonia solo affectu animi non committitur, sed aliquo dato vel recepto, hoc dicit secundum.
3 In textu hic. Mandatum Apostolicum etiam ad Abbates extendi. Nota ex hac littera potestatem dispensandi etiam lato interpretantem, nam hic mandatum fuit alicui ut dispensaret cum Monachis qui per simoniam Monasterium sunt ingressi, nulla mentione habita de Abbatibus; & tamen hoc ad Abbates extenditur, nec mirum, quia Abbas Monachus est & sub constitutione penali de Monachis loquente includitur, ut in c. Quoniam supra eodem, fortius ergo in favorabilis, arg. l. Cum quidam, ff. de liber. & posthum. secundum Joannem Andream hic n. 3. Nec obstat quod beneficium nomen non includat Rectorias vel Dignitates, ut c. fin. de prob. & c. Cum in illis, eod. tit. lib. 6. & expressio inferioribus adjecta clausula generali, non veniunt Superiora, cap. Sicut de rescriptis, quoniam ut respondet Host. hic n. 4. consideranda est intentio scribentis, c. Sacer. eo de Offic. Deleg. eon suis concord. que prevaler voci & scriptura, c. Intellegentia de verb. sign. fuit autem hæc intentio Papæ, ut tam Abbates quàm Monachos salvarentur; & hoc respectu fit, extendendo, ut inquit Innoc. multum succedebat. In contrariis verò sit restitutio ne alii fiat præiudicium & ne impediantur electiones. Nec obstat si dicitur etiam in simpliciter beneficio fieri præiudicium, tum quia non est præiudicium tale de quo multum possit conquiri, c. Dilecti. supra de Offic. Leg. num. quia frequentius collatio simpliciter beneficii confuevit ad unum speciem, electio verò ad plures; & difficultis est plures quam unum offendere, c. a. de temp. Ord. tam quia illud fuit ad Mandatum, si silem Fagnan. in V. Lib. Decretal.

simplex beneficium non includeret. Est ergo interpretandum, B ut aliquo operetur, c. Si Abbate de verb. sign. in li. de privi. & eodem modo responderetur ad c. Sedes de resp. secundum Host. vel potest dici secundum Joannem Andream n. 3. 9 in fine hanc potestatem dispensandi fuisse beneficium datum dispensanti, non delinquentibus, quod pater, quia de illis nulla fuit facta nominatio; & ideo largi interpretatur, facit c. si cui de prob. lib. 6. Sentit ergo Joan. And. dispensacionem ipsam que datur delinquentibus tanquam odiosam esse retrinendam, sed potestatem dispensandi que datur ipsi dispensanti esse largi interpretandam; & concordant alii inferioris citandi n. 33.
Adverte tamen, quia hæc conclusio non videtur hic plenè probari, quia ex Mandato Papæ non fuit concessa Episcopo nova potestas ad dispensandum cum Monachis simoniace receptis, sed tantum excitata potestas ordinaria eidem concessa per Concilium Generale id c. Quoniam supra eodem, ut patet ex hac littera hic secundum Constitutionem Generalis Concilii dispensares. Unde hæc Decretalis nihil videtur probare de commissione, sed tantum de potestate ordinaria dispensandi à jure concessa, prout animadvertunt Aretin. in l. 2. in princ. n. 1. ff. de verb. oblig. Fortunius in l. Gallus, §. Et quid sit tantum à n. 156. ff. de liber. & posthum. Navar. in comment. hujus c. n. 3. Covar. in 4. Decret. in 2. part. c. 8. §. 8. n. 9. qui etiam advertit de hac ordinaria potestate ad dispensandum loqui, c. Per venerabilem supra qui pl. suis legit. dum probat potestatem dispensandi circa majora extendi, etiam ad minoria.
Sed posset responderi hæc Decretalem non fuisse directam Episcopo, nam ex supradictione hic non apparet nec colligitur ex dispositiva, sed tantum dicitur, Mandatum nostro re-



ergo ut dispensaret & glossa in figuracione casus dicit. *Quodam recis in Mandatis a Papa & glossa secunda similiter dicit. Mandatum fuit alicui ut dispensaret, nec exprimit de Episcopo, ergo ille fuit delegatus a papa. Nec refragatur illa verba secundum Constitutionem Generalis Concilii, quia non referuntur ad potestatem quam habet a Concilio, sed iuxta formam & modum a Concilio prescriptum; & hoc sensu Mandatum illud non fuit excitativum jurisdictionis ordinariae iuxta textum in c. Licet in corrigendis supra de Offic. Ordin. sed fuit collativum potestatis delegatae; & sic textus bene probat conclusionem quod potestas dispensandi est favorabilis & late interpretanda, quia est liberalitas & beneficium Principis nulli noxium, quod largissime interpretatur l. fin. ff. de Constit. Princ. c. Olim infra de verb. sign. c. Cum dilectus in fine supra de donat. quia in beneficiis, ut hic dicitur, plena est interpretatio faciendae; & hic notat glossa tenens, Joannes Andreas numero tertio, Felinus numero 7. dicens ad hoc semper allegari hoc cap. iuxta intellectum Joann. Andr.*

Hanc conclusionem limita quinque modis, quos hic prosequitur idem Felinus a n. 8. Primo scilicet, cum modo in littere eadem ratio. Secundo praeterquam in causa cognitione. Tertio, nisi nominetur persona cum qua est dispensandum. Quarto, ut non extendatur ad defunctum iure naturali indultum. Quinto, nisi larga interpretatio esset contra consuetudinem approbatam. Adde ut lex interpretacionem, quando ex lata interpretacione fieret praesudicium tertio, de quo dicit, ut terigi supra numero septimo & dicam plenius in quaest. seq.

Posito viva voce oraculo Gregorii XV. quo tribuitur facultas Majori Penitentiarium dispensandi in oculis sine relatione facti Sae Sanctitati, etiam in casibus in quibus ex Bulla Pii V. reformationis Officii Penitentiarie est alloquendus Summus Pontifex, etiam quod agatur de homicidio voluntario & de revalidatione titulum beneficiorum.

(Additur in hac materia servanda esse Constitutionem sanctae memoriae Urbani octavi, incipientem. *Regimini universalis Ecclesiae*, cujus sit mentio hic, numero quadragesimo sexto.)

Item posito alio oraculo Pauli V. qua eidem Penitentiarium conceditur ut possit in oculis convalidare titulos beneficiorum in causa quo dicta beneficia fuerint obtenta in concursu, quando tamen inhabilitas provenit ex aliqua censura, vel quia illi irretitus impetrans nimirum.

Dubium primo, an in quocumque casu Major Penitentiarium possit in oculis revalidare titulos Parochialium Ecclesiarum extra concursum obtentorum, puta ex permutacione aut resignacione ubi de nullius praesudicium agitur.

Secundo, an cum inhabili alteri quam ex censura vel ministracione in censura, qui in fraudem obtinuit beneficium in concursu, possit Major Penitentiarium dispensare & ejus titulum revalidare, non adjecta clausula Formulanti, *Sine quacumque concurrentibus satisfecerit, vel cum eis concordaverit.*

Tertio, an possit hujusmodi titulum revalidare eam praescripta clausula.

Quarto, an & quomodo eadem clausula sit reducibilis ad praxim.

Ad eandem praemittendum est Parochialium Ecclesiarum ex iustitia esse debitam digniori inter probatos in concursu ab examinacionibus Sinodalibus, quia Concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. c. 18. vers. peracto*, praecipit ut eidem digniori & non alteri collatio Ecclesiae fiat; & ex Bulla 33. Pii V. *In conferendis, §. 7. magis idoneus postpositus potest appellare a mala Episcopi electione & provocare ad electum ad novum examen & conuito de Episcopi irrationabili iudicio, Parochialis eidem proposito est conferenda; & Sacra Congregatio Concilii meo tempore multoties vocavit concurrentes Romanos, ad novum examen subeundum. Sui autem appellandi non competit, nisi indebita & contra iustitiam gravato, l. 1. ff. de inoff. testam. c. Non solum a. q. 6. c. Super de Offic. Deleg. cum appellatione sit provocacio inique sententiae querelam continens, l. Perfetti, ff. de minor. glossa unica in c. 1. 2. q. 6. & illius usus fuit inventus ad corrigendum iudicium iniquitatem vel imperitiam, l. 1. in prin. ff. de appell. & ne appellans maneat oppressus indebita, c. Superfluum & c. Cam specialis, §. Foris supra de appellat.*

Praxim in rubr. cod. tit. n. 15. & 68. ex quo necessario sequitur ut praesertim ab Episcopo in concursu qui per fraudem tacendo oculum suum inhabilitatem & fingendo se capacem praeparat Parochialem magis idoneo, peccaverit contra iustitiam commutativam, & proinde ad restitutionem teneatur, c. Si quis de Clerici 12. q. 1. c. 1. & c. fin. de injur. & dom. dat. l. 1. ff. de his qui deiecer. vel effud. de est communi theoria Canonica in regula *Peccatum de reg. jur. lib. 6. & Theologorum in 4. sent. dist. 15. & in 2. a. q. 62. Nam* ( ut inquit idem Sanctus Thomas *art. 4. in corp.* )

Quicumque damnificat aliquem, videtur ei auferre id in quo ipsum damnificat. Damnum enim dicitur ex eo quod aliquis minus habet quam debet habere secundum Philosophum in 2. Ethicor. c. 4. & idem tenetur ad restitutionem quo est actus iustitiae commutativae, ut idem docuit ead. q. 6. art. 1. & a fortiori notat glossa in reg. Peccatum in verbo *Abbatum in reg. jur. lib. 6. dicens. Pone nihil abfuit, sed iniuste damnum dedit ex quo nihil ad me venit, teneor restituere damnum passio, aliis non remittitur peccatum.*

Nec dicatur ius quod habet dignior ex concurrentibus esse eventuale & secundarium de quo non curat Sacra Penitentiarium, ut inquit Sarnen. in reg. de non toll. ius quas. q. 3. cum possit contingere ut postposito digniore Episcopus alium praecipiat, nam responderetur in hoc non esse attendendum quid Episcopus facere possit de facto, sed quid facere debeat de iure, c. Cam causam, vers. Quis igitur non debemus attendere de elec. cum concordantibus de quibus in gloss. De iure autem debet omnino praesertiri digniore eique & non alteri Ecclesiam conferre, ut initio diximus. Quod & iura veteri sancitum erat, ut c. Licet ergo & c. Illud 8. q. 1. c. Unum omnium, §. Nunc autem 25. dist. c. Vilissimus 1. q. 1. c. Metropolitanus in fine 63. dist. c. Quoniam de iure patre, alioquin eligens dignum posthabito digniori mortaliter peccat, nec est orandum pro ipso, ut inquit Butr. in c. Inter cetera, n. 5. de Cf. Ord. & ante eum Feder. de Sen. conf. 95. n. 1. de communi, Decius in c. Constitutus, l. secundo n. 6. & 12. de appellat. & quavis iure communi inspecto, electio de digno omnino digniori non sit retractanda, c. Monasterium 16. q. 7. glossa communis in d. c. constitutus in verbo *magis utiliter*, Sanctus Thomas in 2. 2. q. 65. art. 2. ad 3. & in vim Concilii Tridentini est sententia Sacrae Congregationis non liceat appellare a mala Episcopi electione, eod. quod Sacra Synodus voluit in hoc de iure iudicio Episcopi, qui ex variis animi sui motibus se informare potuit, ut in c. In praesentia in prin. de renunc. Rota dec. 239. n. 4. de refer. in antiq. Achil. dec. 1. n. 4. de Confess. & dec. 654. part. 4. divers. & coram Gregorio XV. dec. 11. n. 6. tamen postea supervenit praescripta Bulla Pii V. quae ut Parochiales Ecclesiae non solum dignis, sed magis idoneis reperitis in concursu conferantur, noluit in hoc de iure Episcopi iudicio, sed tribuit postposito ius appellandi a mala Episcopi electione mandavitque eam retractari per iudicem appellacionis, consilio de irrationabili iudicio & Ecclesiam conferri magis idoneo, ut ostentum est supra n. 18. Quare ius quod habet magis idoneus ad Parochialem Ecclesiam non est eventuale nec secundarium, sed omnino certum & primum, quia collatio non est libera, sed Episcopus ex iustitia tenetur conferre digniori; & si de facto non conferat, non ideo minus Parochialis est illi de iure debita; & ita quod hanc Constitutionem Apostolicam, ut beneficium debeat conferri magis idoneo & qualificato, ex sola opposicione sine acquisitione ius considerabile oppositori habenti qualitates requisitas, ita ut liceat ei appellare a denegata collatione & Superior debeat compellere, ut iuxta tenorem Constitutionis fiat collatio, pluries resolvit Rota, ut apud puteum dec. 153. lib. 3. & dec. 100. eod. lib. & dec. 235. lib. 2. & coram Durando dec. 370. n. 2. & c. & sequitur Navar. in Hispania c. 17. n. 74. dicens.

(Quando ex iustitia beneficia dantur per concursum digniori ex concurrentibus, si satis sunt in id qualificati & aliquis impedivit ne darentur legitimis concurrentibus, restituere tenetur, quia illi iam ius quoddam perfectum acquirere ad petendum (ut alicui ex ipso darentur.) Quod valde diffimul confirmatur ex doctrina Divi Thomae ab omnibus recepta in 2. 2. q. 62. art. 2. ad 4. ubi ait. *Si firmatum sit ad alicui detur praebenda & aliquis propter indebitam causam procurrat et revocatur, idem est ac si iam habitum sit auferret; & ideo tenetur ad restitutionem aequalis.* Quin imo secundum eum ibid. *Si quis iniuste impedit ne praebenda detur digno consulens ut non detur, etiam si hoc faciat antequam sit firmatum quod ei detur, tenetur nihilominus ad aliquam compensationem praestatis conditionibus personarum & negotii secundum arbitrium sapientis, quod ipsum prius docuerat in 4. sent. dist. 15. q. 1. art. 5. q. 2. ad 3. & generaliter ut idem ait d. q. 62. art. 4. in corp. Si quis damnificet aliquem impediendo ne adspiciatur quod erat in via habendi, quomvis tale damnum non oportet recompensare ex aequo, quia minus est habere aliquid virtute quam habere actu & qui est in via adspiciendi aliquid, habet illud solum secundum virtutem vel potentiam, tenetur tamen aliqua recompensationem facere secundum conditionem personarum & negotiorum.* Si igitur est sententia Divi Thomae & communi ex hoc solo quod quis ius persuationibus avertit Praetatum a collatione beneficii, tenetur ad recompensationem, licet ipse persuadens nihil accepit & damnum passus non habeat ius certum, sed tantum sit in via ad beneficium assequendum, quantum magis tenebitur ad recompensationem ille qui non solum in causa est, ut magis idoneus non consequatur beneficium sibi debitum ex iustitia, sed etiam illud per fraudem occupat. Hoc enim casu tenetur

ad restitutionem ex duplice capite, videlicet ratione rei acceptae secundum ea quae docet idem Sanctus Thomas, dicitur questione 62. articulo sexto & hic magistraliter Cajetan.

Hic praehabitis, ad primum dubium breviter responderetur Majorem Penitentiarium in oculis posse indistincte revalidare titulos Parochialium extra concursum obtentorum, quia est dispensatio ipsa tanquam vulnerans jus commune sit odiosa & strictè accipienda c. 1. §. Ille de fl. Preb. lib. 6. Crescent. dec. 1. n. 1. de privi. tamen dispensandi potestas quae nulli est praesudicialis, nisi ipsi concedenti, est favorabilis & late interpretanda, ut efficaciter probat haec Decretalis inducendum eam, ut dixi supra d. n. 3. usque ad n. 13. secundum intellectum Joannis Andreæ n. 3. in fin. cum quo concordant Butr. n. 5. Card. in 1. oppos. Abb. n. 3. & 5. & reliqui omnes, gloss. in c. Dudum in verbo *Beneficia de preb. lib. 6. & propterea potestas attributa Majori Penitentiarium in oraculo Gregorii XIV. dispensandi ad beneficia seu revalidandi titulos beneficiorum, extenditur etiam ad beneficia curata in quibus non agitur de alicuius praesudicium, Joan. de Ann. in c. fin. n. 5. hic *Te considerat in Cler. quoniam in duella. Felin. in c. Postulasti n. 11. in 4. limit. vers. Adde etiam ipsi de refer. Ripa in c. Ad aures n. 10. eod. tit. & est similem facultate conferendi beneficia, quae includit etiam curata. Paul. de Leazar, & Lap. Abb. in d. c. Dudum de preb. lib. 6. hic etiam Gemin. col. 2. ante medium, vers. Et ex his inferret & Franc. n. 13. & 14. Dec. in rubr. de refer. n. 36. Fel. loc. cit.**

Undè & Vicarius ubi ab Episcopo data est facultas conferendi beneficia, potest conferre etiam curata. Gemin. in c. ult. in fin. & hic etiam Franc. n. 3. de Offic. Vicar. lib. 6. Felin. in c. Causam q. n. 14. de refer. Lap. de arbit. 84. Staphil. in tit. de modo & forma impetrandi, §. Circa tertium n. 3. Rota dec. 7. de Offic. Vicar. alibi 437. in antiq. & dec. 2. eod. tit. in antiq. & est ratio, quia beneficiorum nomine in materia favorabilis etiam curata continentur, ut c. penult. de verb. signif. glossa in c. Cam in illis in verbo *Providere*, ubi etiam Francus n. 5. in 4. col. vers. Secundo vero casu principali de preb. lib. 6. de dictum est supra n. 5. & quomvis Abbas in d. c. fin. n. 5. de Cler. pugnans. in duello, sentiat facultatem dispensandi circa beneficia per Papam alicui concessa intelligi de simplicibus, tamen in hoc non videtur ulterius immorandum, quia prima opinio tanquam verior & communior iam fuit semel atque iterum approbata in Signatura Sacrae Penitentiarie & quotidie praedicatur, nam quotiescumque petitur revalidatio beneficii curati, solemus percurrant, an illud fuerit obtentum extra concursum; & tunc non revocatur in dubium facultas Majoris Penitentiarium, sed de pleno conceditur revalidatio.

Ad secundum dubium videtur respondendum extra casum inhabilitatis esse censuram vel ministracionem in censura, Major Penitentiarium non posse revalidare titulos beneficiorum in concursu obtentorum. nisi cum praedicta clausula, *Si & postquam &c.* Praecipuum fundamentum est, quia potestas dispensandi, quando agitur in praesudicium alterius quam ipsius Principis concedenti odiosa est & restringenda, Butr. in c. Per venerabilem, n. 13. Qui sit. sit l. q. 1. & hic etiam Alex. de Novo n. 57. & Praepos. in §. Quod autem, n. 23. in fin. Felin. in d. c. Postulasti n. 11. vers. Secundus casus de refer. & in c. Ad si Clerici, §. De auctoritate n. 9. & hic etiam Alex. de Novo n. 14. & 23. de iudic. Aicit. in l. 2. in prin. n. 51. vers. Fallit 4. ff. de verb. oblig. ubi alios citat Covarr. in 4. Decret. in secunda parte, c. 8. §. 8. n. 9. & alibi passim Doctores.

In materia autem odiosa & restringibili beneficii appellacione non venit curatum, ut est casus in d. c. Cam in illis de preb. lib. 6. & hic notat Anchar. in 3. not. Abb. in c. fin. in 2. not. de preb. q. offa in c. Si eo tempore in verbo *cum cura de refer. lib. 6. & hic Anchar. in prin. Decan. in rubr. eod. tit. n. 35. & consequenter potestas dispensandi circa beneficia seu revalidandi titulos beneficiorum in oraculo Gregorii XIV. non includit beneficia curata in concursu obtenta in quibus agitur de praesudicium concurrentium, sed ne fiat illi praesudicium, restringitur ad beneficia non curata, sicut facultas conferendi beneficia quam Paps dat alicui, non extenditur ad curata quando alteri praesudicatur, ita in terminis Gemin. in c. Dudum in d. c. fin. lib. 6. Felin. in prin. Decretal. Postulasti n. 11. in 2. casu, vers. Quam tandem firmat de benef. Rubiff. in forma *Vicariatus n. 113. & 114. Garz. de benef. part. 1. cap. 6. num. 45. & tenentur Host. & Joannes Andreas supra citati n. 7. Quomodo modum nec extenditur ad beneficium alteri debitum, Puteus dec. 35. lib. 2. ex quibus patet apostertissime facultatem revalidandi titulos beneficiorum nullatenus extendi ad beneficia curata in concursu obtenta quae ex Concilio Tridentino & Bulla Pii V. sunt alteri debita, scilicet digniori inter probatos ab examinacionibus Sinodalibus. Ratio hujus conclusionis est, quia Princeps in suis concessionibus & rescriptis nunquam intendit praesudicium la-**

dere, l. Nec accus. hic. Nec in cuiusquam injuriam beneficia tribuere moris est nostri, cod. de emancip. liber. l. 2. §. Meritis ff. Ne quid in loco publ. l. Impuberi ff. de administ. tutor. l. Sed cum ab herede ff. Ad Trebell. c. Ex turam de usu pall. ubi glossa in verbo *Permittat*, c. Ad aures, vers. Cum non sit intentionis nostrae de refer. c. Saper eo hic. Non tamen est nostrae intentionis & c. Ex parte, il primo hic. Si memores fuissimus & c. De Offic. Deleg. & plures glossae allegat Felin. in c. Causam quae n. 10. vers. Et generaliter de refer. Rota in antiquior. dec. 2. n. 2. de renunc. unde nec Penitentiarium concessit iuri quod derogare, ut attestatur Sarnen. in reg. de iure quae sita non tollen. quae ff. 1. n. 4. vers. Et secundum istam opinionem. Et propterea ante Concilium Tridentinum in revalidationibus titulum semper apponebat clausulam sine alicuius praesudicium, ut patet in Formulario de anno 1343. fol. 336. Quin imo eam clausulam apponebat etiam in revalidationibus Regularium ad officia & dignitates. Et Urbanus VIII. in sua Bulla *Regimini*, §. 3. dam in oculis Majori Penitentiarium facultatem conditionati fructus male perceptos, similiter adiecit clausulam *Sine praesudicium illorum quibus distributiones accipere vel decernere debent.* Mem. ergo 46. Paps semper intelligitur ea esse, ut ius tertii non laedatur; & ita fieri debet interpretatio facultatum, eamvis verba essent impropria, c. Saper eo de Offic. Deleg. Gemin. in c. Dudum, col. 2. circa med. vers. *Contradiendum*, Lap. de preb. lib. 6. Roman. c. inf. 334. n. 1. vers. *Secundo idem probatur*, Ruin. conf. 113. post n. 12. lib. 3. Jaf. in l. Ex factis in 4. not. ff. de vulgar. & rapil. Bolognae. conf. 1. n. 38. Quod praecipue locum habet post regulam de iure quae sita non toll. quia debet nominatum fieri mentio de individuo derogatio regulae, ut optimis fundamentis resolvit Rota apud Castellan. de Grassis dec. 9. alibi 3. de refer. & dec. 1. n. 10. de verb. signif.

Nec relevat, quod facultas revalidandi titulos beneficiorum, de qua in oratione Gregorii, sic valde ampla & exuberans, cum tribuatur etiam in casibus, in quibus ex Bulla Pii V. Summus Pontifex est alloquendus, quoniam responditur haec verba restringi ad res casus expressos in eadem Bulla Pii V. videlicet ad irregularitatem ex homicidio voluntario, simonia scienter contracta, & publicis criminibus super quibus voluit Romanus Pontifex esse consulendum a Majore Penitentiarium, ut legitur in Bulla; & proinde revalidandi facultas propter illa verba oraculi nequaquam extendi potest ad Parochiales in concursu obtentas in praesudicium concurrentium.

Sed esto verba oraculi essent universalis & praegnantia, nihilominus non extendentur ad tollendum jus alteri quaesitum sine derogacione regulae, quia ut formaliter dixit Rota apud Cardinalem Seraph. dec. 1083. num. 6. & seq. (Papa non censetur velle iuri alterius derogare quibuscumque utatur verbis & clausulis, nisi expresse deroget regulae; imò nulla alia formula potest introduci, per quam possit dici constare de mente Papae volentis tertio praesudicare, nisi faciat regulae mentionem, quia protestatio, quam Papa facit in regia tollit ejus consentium se voluntatem ad acta gerendo, ubi et non derogatur.) Haec tamen verba declinatio & ita prius dixerat Simon in prologo regulae quae ff. numer. 3. & tenent Rota in Burgen. juris per elidendi coram Caesare de Grassis, 10. Julii 1575. quae habetur in tit. de rescript. dec. 9.

Superest nunc, ut scituus nonnullis difficultatibus, quae in contrarium excitantur.

Opponitur enim primo, quod facultas revalidandi titulos Parochialium sit praesudicialis ex sui natura, quia Parochiales ut plurimum conferantur praevia forma examinis per concursum Concilio Tridentino praescripta; & iura adaptantur ad ea, quae frequenter accidunt, non quae raro, l. Nam ad ea, ff. de leg. in gratia autem sui natura praesudiciali non requiritur derogatio regulae de iure quaesit non tollen. Rot. dec. 115. in fin. de offic. deleg. & dec. 6. de caus. poss. & propriet. in novis & in recent. dec. 174. num. 1. 2. & 3. part. 1. Seraph. dec. 762. num. 4. & dec. 1445. num. 6. & alii passim.

At responderetur hanc theoriam non applicari casui nostro duplici ratione. Prima est, quia in oraculo Gregorii XIV. non legitur facultas revalidandi titulos Parochialium, sed tantummodo revalidandi titulos beneficiorum. Haec autem facultas quando agitur de praesudicium tertii, non extenditur ad beneficia curata, ut clarè ostentum est supra a num. 39. nemo autem dixerit facultatem conferendi beneficia non curata, quae per concursum non conferuntur, esse praesudiciale ex sui natura, cum potius nemini praesudicium afferat. Secunda ratio est, quia dato & non concessio, quod in praedicto oraculo expressè continetur facultas revalidandi titulos Parochialium; nihilominus non esset dicta cuncta praesudicialis ex sui natura, quandoquidem in causa sui natura praesudicialis non dicitur illa, quae frequenter praesudicialis: sed illa tantum, quae naturaliter & intrinsece im-



56 plicat præjudicium & que semper præjudicat & perrecesso, ita ut sola gratia secum afferat præjudicium in necessariam consequentiam, ut in exemptione à decimis, in exemptione à jurisdictione, in derogatione & commutatione ultime voluntatis, in dismembratione, unione & consimilibus, in quibus Pape ex sola gratia intelligitur præjudicium; & cum de illius potestate dubitari non possit; & de voluntate conset ex natura ipsius gratiæ, merito non requiritur derogatio regulæ, ut egregie declarat Rota in Bononiens. *Usufructus* 23. Maii 1625. *vers. Non distat quod hæc gratia, coram Coecino & in recent. decis. 11. num. 25. part. 7. & decis. 17. num. 1. part. 1. Calfador. decis. 1. de Privileg. Seraphin. decis. 1445. num. 6. & decis. 768.* At revahdicio tituli Parochialis non est hujusmodi, quia plurimi sunt casus, in quibus Parochiales conferuntur abque forma examinis per concursum, scilicet in relictionibus, in permutationibus, in Parochialibus ad Papam devolutis, in Parochialibus unitatis, Parochialibus regularibus, in Parochialibus jurisdictionis laicorum; item in Parochialibus, que quotidianè in Dataria impetrantur certo modo, puta ob non faciendè publicationes, ob non servatam formam examinis per concursum, ob non factam dimissionem juxta Extravagan. *Execrabili*, ob non delationem habitus tonsuræ propter heresim, propter simoniam & in aliis pluribus. Quæ casus omnes in universum conferuntur cum illis, in quibus requiritur concursus abque dubio frequentiores apparent; & consequenter non applicatur regula dictæ, *l. Non ad ea, ff. de legib. ubi facultas revalidandi titulos Parochialium intelligenda est de Parochialibus, que conferuntur sine concursu, quod frequentissime accidit; & sic hujusmodi facultas non est sui naturæ præjudicialis & eò magis, quia textus in d. l. Non ad ea, intelligitur de his que semel tantum, aut bis possunt contingere, ut patet ex l. *seg. ubi dicitur; Quæ vero semel, aut bis accidunt, continentur legiflatore, & in l. Jura, ff. eodem, dicit textus: jura in eis, que sunt non aliquo casu accidere possunt, non constituantur, & gloss. in l. ex eis, eodem titulo. ponit exemplum de Lizano relictato; & ita hæc jura declarat Albericus in l. Si major. *Codic. de legitimis hæredibus.* At Parochiales Ecclesiæ sine concursu non apparent quomodo dici possit sui naturæ præjudicialis regula d. l. *Non ad ea*, quæ tamen dicta sunt ex abundantia, quia in oraculo Gregorii non continetur hæc facultas revalidandi titulos Parochialium nisi per extensionem, que quidem extensio fieri non potest quando agitur de præjudicio tertii, ut ex dictis constat.**

53 Opponitur secundò, Penitentiarie dispensat in Matrimonio contracto cum legitimatione prolis in præjudicium legitimum, & venientiam ab interdicto. Item condonat puellis violatis dotes oblatas à Confratratibus cum præjudicio virginum. Cur ergò similiter non convalidat titulos Parochialium præjudicium concurrentium.

At facilis est responsio, quia in prædictis duobus casibus Penitentiarie expressim habet facultatem à Summo Pontifice: nam quoad legitimationem prolis habet oraculum Gregorii XIV. *quasi. 2.* & quoad condonationem dorum habet oraculum Pauli V. *de mensi Maii 1617.* & cum hæc due facultates ex sui natura videantur præjudiciales, quia non potest legitimatori proles, quin fiat aliquod præjudicium venientibus ab interdicto, nec possunt condonari dotes puellis corruptis, quin præjudicetur virginibus; utique Papa censetur voluisse præjudicare & sic non intrat regula *de jur. quasi, non toll.* At secus est in revalidatione tituli beneficii, quia hæc facultas potest verificari in beneficiis non duratis, vel etiam caratis extra concursum oblatas, in quibus nulli sit præjudicium, ut jam diximus.

54 Præterea secundum opinionem quor verissima est, & communiter tenetur, legitimatori proles non præjudicat agnatis quando fuit facta post obitum parentum; & sic quando fuit jus quæsitum venientibus ab interdicto, ut tenent edimmittere Canonice in c. *Per venerabilem, qui filii sunt legit.* ubi in specie Butr. *num. 13.* & alii supra citati *num. 39.* Baldus *conf. 261. num. 2. vers. Sed quidquid sit, lib. 5.* Quòd si legitimator fiat ante obitum parentum, tunc jus venientibus ab interdicto est omnino incertum & eventuale, quia fieri potest, ut præcedant parentibus, vel ut parentes fiant testamentum. Et idem dicendum de virginibus quoad dotes, quarum jus est prorsus incertum & eventuale de quo non curat S. Penitentiarie, ut inquit Sarmen. *supra citatus numer. 26.* at jus quod habet magis idoneus in concursu ad Parochialem Ecclesiam est certum & primarium, ut initio ostendimus & idè hæc similia ad rem non pertinent.

Opponitur tertio, quando Princeps abhergit maculam relictendo aliquem ad famam, vel ad bona, tunc non consideratur præjudicium tertii, quia relictio est prioris status reparatio & relictio in primum jus recedit argum. c. *Nor*

Sanctorum, & c. Juratos, 15. *quasi. 6. & cap. Quia diligentia, de elect. & c. Si quem, in fin. 2. quasi. 3. & l. 1. Cod. de sent. poss. Ergò similiter ubi Major Penitentiarie autoritate Apostolica dispensat super irregularitate abstergendo maculam per dispensationem; sit relictio in primævum statum, nec habetur ratio præjudicii alieni.*

Sed hæc objectionem solvit textus rotundus in *Quamvis, 57 de rescript. lib. 6.* ubi est expressum, quod relictio facta per Papam nihil operatur in præjudicium ejus, cui ante relictionem fuit jus quæsitum; nec fit relictio ad primævum tempus, quia, ut ibi dicitur, talis relictio, ubi aliud non exprimitur, intelligitur fieri sine juris præjudicio alieni, & ita hic est casus secundum Joan. Andr. Anchar. Gemin. Franch. & omnes in *summa, textus, & sicut Abbas in cap. 1. in primo notab. Patock. Oldrad. consultat. 325. num. 8. vers. Præterea, Feder. de Sen. conf. 62. num. 2. vers. Item exclusus, plenè Castillon. conf. 8. per totum, Socin. Senior. conf. 32. numer. 23. lib. 1. Joan. de Anania conf. 32. numer. 6. generaliter enim in gratis nunquam fit relictio in præjudicium juris tertio quæsitum, nisi in litteris hoc exprimat, ut in gratia. Perinde valet d. *cap. Quamvis, & cap. Si pro te* ubi textus optimus *de rescript. lib. 6.* & hic plenè Gemin.*

Et hinc fit, ut si dispensetur cum illegitimo vel irregulari occulto, quamvis convalidetur electio de ipso per Capitulum celebrata, quia per dispensationem omnia reformantur, ut post Innoc. & Host. notat Abbas in c. *Nisi n. 16. de renunc.* tamen si medio tempore alius fuerit electus, licet postea per dispensationem macula sit sublata, nihilominus dispensatio non retrahitur ad tempus primæ electionis in præjudicium secundi electi, ut determinat Innoc. in c. *Dudum il primo in fine de elect. Speculat. in tit. de abolit. & purgat. §. Nunc de Episcoporum dispensatione, vers. Sed pone Clericos accusatos & c.* quos refert & sequitur Archidiaconus in *capite Si de ministeriis in fine 50. dist. Alii plura exempla in quibus non fit relictio in præjudicium juris tertio quæsitum, coggerit Cardinalis consilio 105. à numero nono, vers. In contrarium.*

Opponitur quarto, quando Penitentiarie revalidat titulos Parochialium in concursu quoad inhabiles ex censura vel censura violatione non apponit illam clausulam *Fiet postquam satisfecerit, &c.* ergò longe minus debet illam apponere quoad inhabiles ex aliis defectibus, nam inhabilitas ex censura vel illius violatione cum peccato contrahitur, c. *Nemo Episcoporum 11. q. 3. & infra de Cler. excoptm. Ministr. per totum.* Inhabilitas vero ex aliis defectibus multoties contingit sine ulla culpa, ut irregularitas ex defectu lenitatis, ex defectu natalium, ex bigamia & hujusmodi, unde absurdum videtur & fuit potius digni majori indulgenti.

Veniunt hæc difficultates facile solvitur, quoniam in primo casu idcirco Penitentiarie non apponit illam clausulam, quia specialem habet facultatem ex oraculo Pauli V. revalidandi titulos in concursu quantum ad inhabiles ex censura vel violatione censuræ; & cum hæc facultas ex sui natura sit præjudicialis & Papa intellexerit præjudicium ex sola gratia, quia non potest revalidari titulus beneficii in concursu obtenti, quin fiat præjudicium competitoribus, merito Papa censetur voluisse illis præjudicare & consequenter in eo casu non debet apponi illa clausula *fiet postquam*, prout etiam servat Dataria. At secus est quando inhabilitas provenit ex aliis defectibus, quia tunc non reperitur data expressa facultas revalidandi titulos Parochialium in concursu; & idè necessaria est illa clausula exclusoria præjudicii competitorum.

Et hinc sumitur validissimum fundamentum pro hac sententia, nam cum bonæ memoriæ Cardinalis Burghesi, tunc Major Penitentiarie petiisset à Summo Pontifice avoculo suo facultatem revalidandi titulos Parochialium in concursu obtentorum in quocumque casu, Sanctitas Sua noluit ita generaliter hanc facultatem impertiri, sed eam concessit & quidem maxima cum difficultate in solo casu inhabilitatis ex censura vel ministracione in censura, in aliis vero casibus expressè illam denegavit, ut attestantur qui hæc de re cum Pontifice egerunt, unde nescitur qui securitate conscientie nos possimus facultatem sic limitatam extendere ad inhabilitates ex alio delicto vel defectu provenientes.

Nec dicatur hoc indultum fuisse impetratum per errorem, eò quòd Cardinalis Burghesius non crederet se habere hanc facultatem revalidandi titulos beneficiorum in concursu obtentorum, imò enim hæc facultatem non habebat, ut clarè ostendit supra; & idè eam petendo non erravit; & sane absolum videtur sentire tot viros doctos & prudentes insignes, qui tunc temporis erant in Prætorio Sacræ Penitentiarie & de quorum consilio & assensu negotium fuit gestum, in re tam gravi turpiter hallucinatos fuisse, nam turpe est ignorare jus in quo quis versatur dicit textus in l. 2. §. *Servius, ff. de orig. jur.* & eò magis, quia facultas revalidandi titulos beneficiorum fundatur tota in oraculo Gregorii XIV. & incredibile est tantos viros non intellexisse vim prædicti oraculi.

63 Ad ponderationem verò quòd major fit ratio revalidandi sine prædicta clausula titulos beneficiorum in concursu obtentorum, si inhabilitas proveniat ex defectu, quam si proveniat ex censura vel violatione censurarum. Respondetur facultatem dispensandi in uno casu non extendi ad alium, sublatà verborum significatione non comprehensionem, etiam si in illo fit major ratio quam in expresso. Felin. hic n. 8. in r. *limit. Gamb. de autor. Legat. tit. 10. n. 203.* quod pluribus exemplis confirmat Navarr. in c. 27. d. 275. quia exorbitantia à jure communi non sunt extendenda de uno ad aliud, *cap. Qua à jure, de regulis juris lib. 6.* Federicus de Sen. *conf. 14. n. 4. vers. Non obstant contraria. Navarr. d. n. 275. vers. 10.*

Præterea consideratio peccati de qua supra non est bona, quia Sedes Apostolica difficiliter dispensat in irregularitatibus ex defectu quæ sine peccato contrahuntur, puta cum bigamia, cum spuris seu adulteriis & cum corpore vitiatum quam super inhabilitate ex censura vel censura violatione quæ cum peccato contrahitur, ut prædicti norunt; & differentia forte provenit ex facilitate & frequentia incurrendi censuras ob illarum multitudinem; & idèque usu receptum est, ut in omnibus litteris gratiæ apponatur clausula absolutiois à censuris, quare non facilius revalidandi titulos beneficiorum in concursu obtentorum ab inhabilibus propter censuram vel illius violationem, quam propter alias irregularitates quæ rariùs contrahuntur & difficilius tolluntur.

64 Ex quibus constat prædictam clausulam *Fiet postquam*, esse omnino apponendam quoties conceditur revalidatio extra casum censuræ vel violationis censuræ; & quamvis hoc modo nonnihil recedamus à formulario in quo semper & indistinctè memorata clausula apponetur. Nos vero modò expressè apponimus, modò non apponimus, tamen hæc differentiam post oraculum Pauli V. facimus rationabiliter, quia in casu censuræ sic habemus facultatem præjudicandi concurrentibus; & idè dictam clausulam non apponimus; in aliis vero casibus hæc facultatem non habemus & idè illam apponimus, factis autem est recedere à formulario in parte modò dictam clausulam apponendo, modò non apponendo, quam recedere in totum nunquam eam apponendo, ut patet ad sensum.

65 Ad tertium habere respondendum videtur Majorem Penitentiarie habere facultatem revalidandi titulos Parochialium in concursu obtentorum, dummodò apponatur prædictam clausulam *Fiet postquam*. Ratio est evidens, quia facultas revalidandi titulos beneficiorum quam habet à Gregorio XIV. tanquam favorabilis extenditur etiam ad beneficia futura ubi non agitur de præjudicio tertii, ut ex Gemin. Felin. & aliis ostentum est in primo dubio, quando autem cum prædicta clausula revalidatur titulus beneficii curati in concursu obtenti, nulli sit præjudicium.

66 Quod ut clarius appareat, observandum est accuratè prænominatam clausulam bis apponi in formula revalidationis hujusmodi, ut patet in Formulario in rubrica *A mala promotione ante atatem & à mala provisione, fol. 13.* Primo enim apponitur in ea parte in qua datur absolutio à peccato vel censuræ; & tunc apponitur his verbis *Quodque illis quibus iste in concursu per fraudem sic Prælati fuerit, satisfaciatur vel cum eis concordet;* & hoc in eo fit, quia non est necesse ut relictio præcedat absolutionem, sed latius est ut ante absolutionem penitens sit obligat ad restituendum quamprimum poterit, ut post Host. Archid. & Joan. Andr. notat Feder. de Sen. *conf. 18. n. 4. vers. Super hoc.* Deinde apponitur hæc clausula in alia parte in qua datur revalidatio tituli; & tunc reperitur concepta per hæc formalia verba. *Si & postquam prædicti & sat. iscit vel cum eis concordaverit, ut præsertim, dictum Parochialem Ecclesiam retinere illicitè valet misericorditer dispensari mandare dignemini &c.* Et in hoc secundo casu satisfactio debet omnino precedere dispensationem, ut evidenter demonstrant illa verba *Si & postquam*, unde cum tempore dispensationis que conceditur à Confessario vigore litterarum Apostolicarum Majoris Penitentiarie jam cessaverit præjudicium concurrentium, eò quòd jam fuerit eis satisfactum vel cum ipsis concordatum, ambigi non potest de validitate dispensationis & revalidationis, de qualitate enim concursus non est faciendæ mentio in gratis, nisi propter præjudicium concurrentium, cum hæc qualitas non sit de his que de jure sunt exprimentia in imperatoribus secundum ea que notat glossa in c. *Super litteris in verbo Litteras idè distemus de rescript. unde cum ante perfectionem gratiæ jam cessaverit præjudicium, imperator seu revalidatio sustinetur, nam in mandato de dispensando, conferendo & similibus quoad habitet tem imperantibus cessante subreptione, non attenditur tempus datæ litterarum, sed tempus executionis, ut c. *Qui de præb. lib. 6. & c. Et cui eod. tit. & lib. ubi est casus secundum Abbatem in c. Dilectus il secondo, n. 7. supra de præb. satis enim est ut sit habilis persona quando potentia explicatur ad actum, ut ait d. c. *Is cur, Joan. Andr. in glof. Fagnan. in V. Lib. Decretal.***

Additionali in verbo Dimittat, Felin. post alios in c. *Eam ut n. 18. in 1. fallen. de rescript. Id quod aliquibus exemplis manifestissimè apparebit. Finge enim ante executionem litterarum revalidationis competitores esse mortuos vel aliter beneficium incompatible affectuos aut religionem professos, profectò his casibus nemo negaverit Confessorum in vim litterarum Majoris Penitentiarie posse revalidare titulum Parochialis utcumque obtente in concursu, quia ante illarum executionem omnis ratio concursus evanuit, ergò idem dicendum quando ante dispensationem & revalidationem lator satisfecit concurrentibus vel cum eis concordavit, cessat enim omne præjudicium, quia nemo videtur fraudare eos qui sciunt & consentiunt, l. *Nemo videtur fraudare, 3. de reg. juris, l. Cum donationis, cod. de transact. l. 1. §. Usque adeò, ff. de injur. & qualitertumque satisfiat, dicitur facta relictio, l. Item liberatus in princ. ff. Quibus modis pignus vel hipotec sol. leg. Si rem, §. Satisfactum, ff. de accusat. glof. in reg. Peccatum in verbo Restituatur lib. 5.**

Et ex hoc patet responsio ad doctrinam Gomefii super regula *de jure quasi, non toll. q. 1. n. 42. vers. Postremò pro complemento, quòd clausula Quatenus non tollatur jus quæsitum, reddat gratiam conditionalem, & idè stante præjudicio, gratia sit ab initio invalida nec convaldeat ex eo quòd postea satisfiat damnatum passo.*

Et enim hæc doctrina est in se vera, & sed casui nostro non applicatur duplici ratione. Primo, quia antequam Confessoris exequatur litteras Penitentiarie & revalidet titulum Parochialis, jam reperitur sublatum præjudicium cum jam fuerit satisfactum concurrentibus vel cum eis concordatum vigore dictæ clausulæ *Si & postquam*, ergò clausula *Quatenus &c.* dato quòd esset expressa in oraculo Gregorii XIV. non inficit dispensationem seu revalidationem, quia ante executionem litterarum conditio illa fuit purificata, unde periclitè est ac si dispensatio ab initio fuisset pura, l. *Si purillus hic, Conditione expletà pro eo est quasi tunc et hæreditas vel legatam relictam sit, ff. de condit. instri. & notat Bull. in l. Cum in testamento in fin. cod. de manumiss. testam. Dec. conq. 551. n. 7. & conf. 623. n. 4. Socin. junior conf. 69. n. 4. lib. 3.*

Deinde doctrina Gomefii non applicatur, quia in facultate Majoris Penitentiarie revalidandi titulos beneficiorum non habetur illa clausula *Quatenus non tollatur &c.* nec tacite subintelligitur, sed bene intelligitur clausula *Sine alienius præjudicio*, que tamen non facit gratiam conditionalem; & idè gratia valet ab initio cum obligatione tamen satisfaciendi damnatum passo, ut declarat idem Gomef. ubi jurat & Rebut. in *praxi benef. in forma nove provisionis, vers. Summo tempore*, alioquin si prædicta clausula *Quatenus &c.* semper subintelligeretur, omnis gratia esset conditionalis & dispensationes & abolutiones quas passim concedit Penitentiarie cum obligatione satisfaciendi parti læte tanquam conditionales essent invalidæ ab initio, nec convalidarentur per satisfactio-nem subsecutam, quod quam sit absurdum asserere, nemo non videt.

Ad quartum & ultimum dubium dicimus non pertinere à Penitentiarie officium indicare vel prescribere modos quibus tutò possit satisfieri concurrentibus, vel cum eis concordari, hoc enim est munus providi & discreti Confessoris, qui pro locorum, temporum & casuum diversitate suo ingenio, ac prudentia adhibere debet aptiora medià quibus consultum esse possit securitati possidentis, & indè tam concurrentibus, ut in *cap. Omnis utriusque, §. Sacerdos de panit. & remiss.* Et hujusmodi modos recensere in abita, nimis esset longam, & laboriosum, ne dicam impossibile. Sed nihilominus quia difficultas expediendi prædictam clausulam; & *Si & postquam &c.* restringitur ad duo capita, videlicet ad periculum manifestandi delictum, & ad incertitudinem peritorum, quibus satisfieri oportet, ostendendum nobis erit neutrum ex his difficultatibus impedimento esse, quo minus dicta clausula ad prædicam deduci possit.

Et quidem quod spectat ad periculum, ne crimen occultum detegatur, animadvertendum est plurimos esse casus, in quibus hujusmodi periculum non subest, videlicet in omnibus irregularitatibus & inhabilitatibus, que sine peccato contrahuntur, puta ex defectu lenitatis, ex bigamia, ex defectu natalium, ex homicidio pro defensione patriæ vel parentum, aut in bello iusto, maxime contra inimicos fidei & consimilibus. Undè in his casibus, cum nullum sit delictum, consequenter nullum erit periculum detegendi turpitudinem propriam, ac proinde palam, & publicè poterit satisfieri competitoribus vel cum eis concordari, ut de se patet. In aliis vero irregularitatibus ex delicto, si quidem loquamur de illa, incurritur ex levissima culpa per homicidium casuale, similiter cessat omnis difficultas, quia non eam continet turpitudinem, que deterreat ab illius manifestatione, ut in plurimis exemplis congetis à Marian. Socin. in c. *Ad audientiam, de homicid.* Sed si agatur de irregularitate ex homicidio voluntario, de quo in loco nulla prorsus



habetur notitia, puta ex abortu occulto, vel quia ab omnibus creditur mortuus naturaliter is, vel concordia cum competitoribus nulla poterit oiri suspicio perpetrati delicti, quod prorsus ignoratur.

Præterea etiam in casu, in quo homicidium esset publicum & super commissum, & in eodem loco, non desissent modi prudentiales satisfaciendi competitoribus.

74 Sed etiam daretur aliquis casus, in quo nulla ratione provifus posset satisfacere competitoribus absque eo, quod seipsum proderet, nihilominus non esset liberatus à reititutione, quia impedimentum, vel impotentia reitituenti non extinguit substantiam obligationis, sed suspendit illius effectum in tempus, quo impedimentum cessaverit, & ita civilis, & naturalis obligatio remanet, sed est inefficax durante impedimento, hic est text. in c. Odoardus, de solut. & hic glos. ultima, Hostiens. num. 8. Joan. Andr. num. 6. Butr. in 1. notab. & num. 3. & num. 14. Card. in 2. quæst. circa fin. vers. In glos. 3. Anchar. in 8. notab. Imola num. 1. & Abb. in 3. notab. Rota decis. 21. num. 5. de re judic. in Antiq. Callador. decis. 11. num. 1. de re scriptis.

75 Nunc videamus, an obliet secunda difficultas incertitudinis personarum, quibus faciendâ est reititutio, & sanè si provifus nulliter de beneficio in concursa non habeat nisi unum competitorem, nulla erit incertitudo, quia illi beneficium est de jure debitum, ac proinde ei soli satisfaciendum erit, vel cum eo concordandum, juxta doctrinam D. Thomæ, & communem oitensum est supra num. 17. & 26. Et idem dicendum si competitors fuerint plures, sed unus tantum sit superflus, eo quod alii jam sint mortui vel Religionem ingressi, aut aliud æquale beneficium incompatibile affectu, quod si tres, aut quatuor, vel plures superflui ex approbatione, tunc si unus atate, moribus, doctrina & prudentia sit ceteris omnibus longè præstantior, & de hoc sit fama publica in loco, communis omnium reputatio, utique eum securitate conscientie, poterit nulliter provifus illi satisfacere vel beneficium ei renunciando vel dando recompensationem, teneatur enim investigare cui faciendâ sit reititutio, secundum D. Th. in 4. sent. dist. 15. q. 1. art. 15. q. 4. ad 1. & in 2. 2. quæst. 62. art. 5. ad 3. Et satis est, ut ex probabilitate morali intelligat se illi & non alteri damnum intulisse, ad hoc ut ei satisfaciendo sit tutus quoad Deum, cap. fin. de injur. & dam. dat. leg. Si servus, la secunda, §. Si ex plau-

stro, & l. Qui occidit, §. in hac ff. ad l. Aquil.

Nec dicatur judicium de magis idoneo ad solum Episcopum pertinere; quoniam post Bullam Pii V. Episcopus in hoc nullum habet arbitrium, sed tenetur præciè eligere digniorem ex approbatis, ut patet ex dictis supra num. 26. & 26. Unde qui in fraudem obtinuit parochialem posthabito Episcopi judicio, poterit tunc satisfacere illi qui communi omnium ætimatione habetur pro digniori.

Si verò nullus ex competitoribus evidenter appareat eminentior, tunc nulliter provifus si irregularitatem, seu inhabilitatem contraxerint sine culpa & peccato poterit adire Episcopum publicè & palam de de illius consilio satisfacere; si verò eam contraxerit ex delicto, poterit idem revelare in Confessione Sacramentali se esse inhabilem ex quodam impedimento occulto ad parochialem retinendam & ideò se promptum esse ad illam resignandam vel satisfaciendum illi ex competitoribus, quem ipse Episcopus magis idoneum judicaverit.

Et ad extremum si neque ex judicio Episcopi, neque aliunde constare possit, quis ex competitoribus sit dignior & omnes videantur æquè idonei, hoc casu poterit omnibus satisfacere æqualiter, non quidem per resignationem beneficii, quod divisionem non patitur, cap. Majoribus, de præbend. Sed per illius ætimationem, ad glosam primam, in regula Peccatum, de regul. jur. lib. 6. videlicet causâ solvendo pecunia cuiusque suam portionem arbitrio Confessionis juxta consilium D. Thom. in 2. 2. qu. 62. art. 6. ad 2.

Alia remedia poterunt suggerere varia accidentia & circumstantie diversis que modo nos divinare non possumus. Hoc autem est, quod majores nostri non putarunt prædictam clausulam, Si & postquam, &c. esse impracticabilem, alioquin eam non apposuissent, sicut appofuerunt in formulario circa annum 159. & servarunt Clemens Octavus tunc M. Penitentiarius, Julius Antonius Cardinalis S. Severini successor Clemenis in eodem officio. Lucius Cardinalis Salsus Regens, Cardinalis Toletus Confultor Theologus, & Hieronimus Cardinalis Pamphilus Sanctissimi D. N. Innocentii X. Patruus Confultor Canonista, ac deinde Regens, & iterum de anno 1612. D. Coccinus Regens, P. Julianianus Confultor Theologus, & D. meus Joan. Franciscus Fagnanus Confultor Canonista in formulario ab eis reformato & subscripto.



NE PRÆLATI VICES SUAS VEL ECCLESIIIS

SUB ANNUO CENSUS CONCEDANT.

Alexander III. in Concilio Lateranensi.

CAPUT I.

Præterea, quoniam quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui Decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate Episcopalem jurisdictionem exercent; Præsenti decreto statutimus, ut qui de cætero hoc præsumperit, officio suo privetur, & Episcopus conferendi hoc officium, potestatem amittat.

SUMMARIUM.

- 1 Pecuniam datus ut spirituales jurisdictionem emercent, officio privari & sic conferens illud amplius conferre non poterit & canonicè junctur.
- 2 Jurisdictione Episcopalis est quæ spirituale & pretio conferri non potest, sine labe simonia.
- 3 Simonia non committitur in Curia Romana in his quæ simonica sunt, quia prohibita, si fiant Principe autorizante & scienter.
- 4 Sicut in his quæ prohibita sunt quia simonica.
- 5 Beneficium Ecclesiasticum vendere an sit simoniacum quia prohibitum vel è converso.
- 6 Annata utrum in Curia Romana exigantur licitè & sine vitio simonia, latissimè discutitur usque in fin.
- 7 Annata à quibus impugnentur.
- 8 Annata undè dicatur, quid sit, & quot illius species.
- 9 Annata propriè sumpta quæ & quanta sit & de quibus beneficiis solvantur.
- 10 Annata Beneficiana quæ.
- 11 Commune servitium quid sit.
- 12 Minuta servitia quæ.
- 13 Quidemium quid sit.
- 14 Annatarum origo & antiquitas, & n. seq.
- 15 Damasi Papæ testimonium de annatis.
- 16 Consuetudo Ecclesiæ Romanæ prævalet auctoritati eujuscumque Doctoris.
- 17 Annatarum justitia deducitur ex Jure Divino & naturali & n. seqq.
- 18 Decimarum decima summo Sacerdoti in lege veteri ex præcepto divino à Levitis præstantur.
- 19 Annata solvantur Papa loco decimarum, ibidem & n. 25.
- 20 Joannis Andrea propositio in Concilio Viennensi de vigesima reddituum totius Orbis à Clericis persolvenda pro sustentatione Papæ & Cardinalium, & n. 75.
- 21 Decima debentur Jure Divino omnibus curam animarum habentibus.
- 22 Parochus fundat intentionem de jure communi super decimis & Episcopus super quarta decimarum.
- 23 Papa constitutus est Sacerdos totius gregis Domini & n. seqq.
- 24 Sacerdotibus debentur stipendia labori Jure Divino, naturalique.
- 25 Decima Papales exiguntur pro ingruentibus Ecclesiæ necessitatibus, nec sunt peremptoria.
- 26 Ecclesiæ est unum corpus mysticum in multa membra diffusum instar corporis humani.
- 27 Capite languescente cætera membra quoque inficiantur.
- 28 Ecclesiæ omnes prodierunt ex utero Ecclesiæ Romanæ.
- 29 Papa est sponsus universalis Ecclesiæ & Pater Patrum.
- 30 Pater potest cogere filios ad præstanda sibi alimenta ipsos etiam vendendo.
- 31 Filia tenetur alere matrem inopem jure natura.
- 32 Patri spirituali non minus obsequi debemus, quàm carnali.
- 33 Ecclesiæ omnes mundi Romanæ subsunt Ecclesiæ.
- 34 Et quicquid habent in seculo, habent separatim quodammodò à fratribus Dominicis Doctus permissa.
- 35 Ecclesiæ Romanæ cum altitudinè percipit ab Ecclesiis inferioribus, nihil novi acquirit, sed retinet quod suum est.
- 36 Subsidiium charitativum debetur Episcopo indigenti ab omnibus Ecclesiis suæ Diocesis.
- 37 Et contraria præscriptio non valet.
- 38 Papa necessitatibus tenetur Ecclesiæ omnes subvenire si requirantur.
- 39 Papa potest collectare Ecclesiis totius Orbis.
- 40 Princeps secularis potest subditis subsidiium imponere etiam sine causa.
- 41 Annatarum justitia sulcitur jure gentium.
- 42 Item jure Ecclesiastico, n. 45.
- 43 Sacerdotes Gentilium in ingressu Sacerdotii mediam partem reddituum summo Sacerdoti administrant.
- 44 Martini V. decretum de annatis Papæ solvendis approbante Concilio Constantiensi.
- 45 Fructus beneficium vacantium ut Episcopo vel alteri ex justa causa sit reservati, introducti potest privilegio, consuetudine vel statuto.
- 46 Romanam Ecclesiæ excusat necessitas, cum non possit de suo omnibus providere.
- 47 Tributa solvantur Principi ex publico in recognitionem universali Domini.
- 48 Et sunt imperceptibilia.
- 49 Salarium debetur ex publico cullibet judici Ordinario.
- 50 Papa dicitur Princeps Principum & Dominus Dominantium.
- 51 Item Index omnium mortalium & ordinarius singulorum.
- 52 Spiritualia sine corporalibus dià esse non possunt.
- 53 Annata temporis diuturnitate ex voluntariis facta sunt necessaria.
- 54 Actus qui sonat in vitium & in non vitium, in dubio interpretari debet in non vitium.
- 55 Consuetudo præsumitur habuisse bonum initium.
- 56 Eleemosinarum usus an habeat locum inter Clerum & Clericum.
- 57 Papa quod datus Petri Sacratio datur.
- 58 Basilienfis Concilii decretum contra annatas refertur. Resilitur.
- 59 Petri de Monte Episcopi Brixienfis oratio pro annatis ad Regem Angliæ, ibidem.
- 60 Angli ante subtractionem obedientiæ soluebant Romanæ Ecclesiæ communia & minuta servitia, non autem annatam Beneficentiam, & cur.
- 61 Denarii S. Petri quid sit.
- 62 Pragmatica sanctio uti schismatica à Rege & Parlamento Franciæ & Lateranensi Concilio abrogata est.
- 73 Glossatoris Pragmatica sanctionis invidiosa contra annatas retunditur.
- 64 Annalia & vacantia differunt ab annatis.
- 65 Consuetudo secundum quam Canonici dant aliquid in sua receptione, an valeat, & n. 81.
- 66 Annata est onus impostum fructibus beneficiorum, non autem beneficiato & n. 81.
- 67 Consuetudo Normandiæ & Diocesis Parisiensis exigendi annalia pro disportu an sit reprobatâ.
- 68 Annatarum solutioni nulla inesset potest licitationis suspici-